187

EWW

Joseph Caxton

PHILONIS IVDAEI
OPERA OMNIA
GRAECE ET LATINE

AD EDITIONEM
THOMAE MANGEY
COLLATIS ALIQVOT MSS.
EDENDA CVRAVIT

AVGVSTVS FRIDERICVS PFEIFFER
SERENISSIMI MARGGRAVII BRANDENBVRGICI A CONSILIIS AVLAE LINGVARVM ORIENTALIVM PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS IN ACADEMIA FRIDERICO - ALEXANDRINA ERLANGENSI BIBLIOTHECAE ACADEMICAE PRAEFECTVS ET INSTITVTI MOR. ET LIB. ART. MEMBR. HONOR.

Vol. I.

EDITIO SECVNDA.

ERLANGAE
IN LIBRARIA HEYDERIANA.
cIↄ Iↄ cccxx.

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CHRISTIANO FRIDERICO

CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO BORVSSIAE SILESIAE MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETTINI POMERANIAE CASSVBIORVM ET VANDALORVM MEGAPOLEOS ET CROSSAE DVCI BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE PRINCIPATVS PRINCIPI HALBERSTADII MINDAE CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBVRGI ET MVRSIAE COMITI GLAZAE HOHENZOLLERAE MARCAE RAVENSBERGAE ET SVERINI DYNASTAE RAVENSTEINII ROSTOCHII ET STARGARDIAE COMITI SAYNAE ET WITTGENSTEINAE DOMINO LIMBVRGI REL. REL.

CIRCVLI FRANCONICI CAPITANEO ET SVMMO CASTRORVM PRAEFECTO AVGVSTISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS GENERALI EXCVBIARVM MILITARIVM PRAEFECTO POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS SVPREMO BELLI LEGATO TRIVMQVE LEGIONVM EQVESTRIVM TRIBVNO.

PATRI PATRIAE

INDVLGENTISSIMO

ACADEMIAE FRIDERICO ALEXANDRINAE

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME

Nomini TVO Serenissimo vt hoc opus inscriberem et pietas postulauit et officium: TVIS enim in terris natus, educatus sustentatusque, et TVIS sub auspiciis vitae sortem votis respondentem adeptus, TIBI terrarum Brandenburgicarum vnico praesidio, litterarum statori et conseruatori, me meaque omnia pia mente deuoueo. Respice, DOMINE, non tam hocce tenue opusculum, quod nomini TVO Serenissimo religiosissime do dedicoque; sed respice potius deuotissimam, qua id offerre conatus sum, mentem. Fausta sit atque ad seros vsque annos duratura vita Nutritoris Academiae Friderico Alexandrinae Munificentissimi!

mi! Amet TE Deus, PRINCEPS SERENISSIME. Felix ſit, TE in aeuum regnante, terra TVA TE tanquam numen ſuum venerans. Me vero impoſterum clementiae TVAE, TVAEque tutelae vt habeas commendatum, ſumma cum animi ſubmiſſione oro rogoque,

NOMINIS TVI SERENISSIMI

Erlangae Feſt. Paſchat.
1785.

Cultor deuotiſſimus
AVGVSTVS FRIDERICVS PFEIFFER

PRAEFATIO
EDITORIS.

Diu multumque conquesti sunt Eruditi de infrequentia nec satis accurate instituta editione Operum PHILONIS Alexandrini quondam Iudaei, quorum tamen vtilitatem ad quam plurimas doctrinas fore non exiguam iudicarunt. Ne quid enim de antiquitatibus sacris, de philosophicarum opinionum historia, de historia sui temporis, aliisque disciplinarum generibus dicam; interpreti Noui Testamenti, critico indagatori versionum graecarum Veteris, neminem plane auctorum veterum cariorem Philone esse debere, celeberrimis nominibus clarissimi, Carpzouius, Ernesti, Michaelis, Loesnerus, Hornemannus, Eichhornius, aliique, vno ore profitentur. Sed nolo, in re satis nota, longas verborum quaerere ambages; nec animus mihi est, auctorem, quem prodire noua forma iubeo, per communes, vt aiunt, omnes locos decantare. Iam diu laude florentissimi

viri nouam parare voluerunt aut promiſerunt Philonis editionem; ſed niſi me omnia fallunt, ſumtus praebens defuiſſe videtur bibliopola. Exiguos enim non eſſe impendendos, et optimus quisque exiſtimabit, et experientia me ipſum docuit. Eo maiorem honeſti *Waltheri* ſollicita cura laudem meretur, qui dum aliis ſuis in rem litterariam meritis et hoc addere voluiſſet, vt graecarum ſibi deuinciret litterarum amatores, me de auctore quodam graeco edendo adiit, cumque Ioſephum, quem inprimis diligebam, a S. V. *Oberthür* iam edere coeptum vidiſſem, Philonem recudendum ſuaſi, nec mali meſſem metere me ſperaui. Fauſto igitur omine opto vt mihi contigerit, quod virorum aliorum ſtudio et labore, melius omnino, omnino litteris felicius, ſi ſors ita tuliſſet, maioreque cum applauſu et eruditione fieri potuiſſe, virium mearum tenuium probe gnarus, non diffiteor.

Nec enim magna me decet laudis oſtentatio, cum praeter optimae, quae habetur, editionis repetitionem, abſciſſis ſuperfluis, (qui parabilem editionem curare voluiſſem), nihil admodum aliud egerim. Fere enim Mangeianam tantum editionem Lectoribus reddo. Prodire eam fecit THOMAS MANGEIVS, Anglus, A. C. MDCCXLII. duobus grandis molis voluminibus, ſpecioſo charactere, et vt Anglorum fere libri omnes, charta optima et regali, ſub titulo: φίλωνος τοῦ Ἰουδαίου τὰ εὑρισκόμενα ἅπαντα. *Philonis Iudaei opera*

opera quae reperiri potuerunt omnia. Textum cum MSS. contulit, quamplurima etiam e Codd. Vaticano, Mediceo, et Bodleiano, scriptoribus item vetustis, nec non Catenis graecis ineditis, adiecit, interpretationemque emendauit, vniuersa notis et Obseruationibus illustrauit Thomas Mangey S. T. P. Canonicus Dunelmensis Vol. I. *Typis Guil. Bowyer. Prostant venales apud Guil. Innys, in area occid. d. Pauli, et Carol. Bathurst, ex aduersum S. Dunstani in Fleet-street.* Vol. II. eod. tit. Dedicauit opus suum Mangeius Iohanni (*Pottero*), archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliae Primati et Metropolitano. Quam nihil singulare continentem dedicationem, omitti iure debuisse ratus sum.

Hanc speciosam egregiamque editionem, cuius pretium priuatorum plerumque opes superat, vel plane immutatam, recudendam curaui. Errata typographica non pauca emendaui, et ex editionibus, Mangeio antiquioribus, vbi ipse notare omiserat, lectiones variantes contuli. Cumque sors satis feliciter mihi caderet, vt opera curaque benevola Ill. *Harlesii* mei, Bibliothecae Electoralis Monachiensis quosdam Codices Manuscriptos, beneficio Ven. *Steigenbergeri* adipiscerer, ornamentum nouum accedere Philoni meo ex eorum collatione ratus sum. Codices hos, quorum tres sunt, signaui litteris A. B. C. Omnes sunt maximae formae, in charta, non quidem dixerim bombycina, sed

optima et studiose explicata, quam alias bombycinam dicere moris est, saeculo XIV. eleganter satis exarati, nec multis scribendi compendiis deformati. De codicibus optimae notae summa cum cura et diligentia descripti esse videntur. Conferri potest cum mea descriptione *Catalogus Graecorum Manuscriptorum Codicum qui asseruantur in inclyta Serenissimi vtriusque Bauariae Ducis etc. Bibliotheca. Ingolstadii* 1602. p. 9. 15. et 68. *Liber rarissimus!*

Cod. A. Nro. 52. a tergo, intus vero Nro. 21. Stat. 6. signatus, hanc habet epigraphen: Φίλωνος Ἰȣδαίȣ τὰ συγγράμματα πάντα τὰ ευρισκόμενα μετεγράφησαν ἐκ βιβλιοθήκης Βεσσαρίωνος καρδιναλέως. Meminit prototypi huius codicis membranacei IAC. PHIL. THOMASINVS in *Bibliothecae Venetae manuscriptae publicae et priuatae*, descriptione p. 50. in Pluteo XXXII. Caeterum Bessarionis nomen, de Codicis integritate non ignobile spondet iudicium esse ferendum. *Incubuit* enim, vt ipse in epistola, qua Bibliothecam suam Reipublicae Venetae dono dedit, memorat, *ardenti studio post Graeciae excidium et deflendam Byzantii captiuitatem, in perquirendis libris graecis omnes suas vires, omnem curam, omnem operam, facultatem, industriamque consumere*; quae verba *Humph. Hodius* in Lib. de Graecis illustribus Linguae Graecae instauratoribus, ad vitam Bessarionis p. 153. citat. Ad Bessarionis Codicem formatus est Codex

dex Monachiensis, et vt ex nota in fine addita cognoscitur, iterum collatus est; accentus habet et distinctionis punctum, scribendi compendia non difficilia intellectu, eaque pauciora, voces tamen ipsae vt plurimum ita scribuntur, vt finis prioris coniungatur initio sequentis. Librorum singulorum tituli, non minio, sed atramento rubro scripti sunt. Continet Codex foliis Philonis opera plurima. Ordo eorum, quem latine tantum ex notitia praefixa appono, sequens est; 1. *Conditio mundi.* 2. *Decalogus.* 3. *De iudice.* 4. *De religione et humanitate.* 5. *De constitutione principis.* 6. *Omnem bonum virum esse liberum.* 7. *De vita contemplatiui, seu, de supplicum virtutibus.* 8. *De mercede meretricia in templum non inferenda.* 9. *De caedibus et adulteriis.* 10. *Vita politici, seu, de Iosepho.* 11. *De sacrificio Cain et Abelis.* 12. *De Cherubin, et flammeo gladio, condito primo ex homine Caino.* 13. *De Agricultura.* 14. *De Gigantibus.* 15. *Numen esse immutabile.* 16. *De Colonia.* 17. *De congressu ad praeparationem.* 18. *De vita sapientis, seu, legibus non scriptis.* 19. *Vita sapientis doctrina perfecti, seu, de diuinarum rerum haerede.* 20. *Somnia diuinitus immitti.* 21. *De praemiis et poenis.* 22. *De imprecationibus.* 23. *De fortitudine et religione.* 24. *In Flaccum.* 25. *De virtutibus et legatione ad Caium.* 26. 27. 28. *De vita Mosis.* 29. *De nobilitate.* 30. *De fugitiuis, seu, exulibus.* 31. *De plantatione Noe.* 32. *De Noe exporrecto.* 33. *De con-*

fusione linguarum. 34. *De mundi aeternitate.* 35. *Bono malum insidiari.* 36. *De Ebrietate.* 37. *De Colonia, seu, migratione.* 38. *De Circumcisione.* 39. 40. *De Monarchia.* 41. *De praemiis sacerdotum.* 42. *De animalibus immolandis.* 43. *De sacrificantibus.* 44. *Sacrarum legum allegoria secunda.* 45. *De homicidis.* 46. *De seruorum interfectoribus.* 47. *De verecundia mulierum.*

Cod. B. signatus a tergo Nro. 35. intus Nro. 10. Stat. 6. Praeter *Philonis libros de vita Mosis duos, de sacerdotio, de virtutibus*, de vita *Iosephi et de vita eruditi, siue de legibus non scriptis*, plagel. 120. continet etiam Basilii Caesareensis interpretationem Iesaiae, et Theophylacti enarrationes in Ionam, Abacum, Nahum et Micheam; estque ab alia quidem sed eiusdem tamen aetatis manu, accuratius, vt mihi videtur, quam praecedens exaratus, et cum archetypo iterum collatus.

Cod. C. a tergo Nro. 174. intus Nro. 39. Stat. 7. notatus, continet praeter Pythagorae aurea carmina cum Hieroclis comment. Themistii quasdam, Libanii et Iuliani orationes, *Philonis Iudaei de septimo Die* vnicum tractatulum, eodemque cum Cod. A. charactere gaudet.

Sed

Sed redeamus ad noſtram editionem. Verſionem Latinam antiquam Gelenii, Hoeſchelii aliorumque a Mangeio correctam retinui, ea maxime ex cauſa, quod ſaepius in notis ad eam prouocat. Cum enim ab ipſo opere incoepto retinerem eam, quam in progreſſu operis, mancam ſaepius et Philonis non ſemper optime mentem exprimentem invenirem, tamen a via quam ſemel ingreſſus ſum, nec volui recedere, nec potui.

Notarum Mangeii tantum eas retinui, quae vel noui quid, vel textus emendationem et correctionem continebant. Monente enim Erneſtio τῷ πάνυ in Actis Eruditorum Lipſ. An. 1745. p. 393. ſqq. res ſaepe hodie ſatis notas et vulgares proponit. Plurima quidem, maxime vero coniecturas, easque ſaepius inanes atque in textum admiſſas, Mangeio obiicit Erneſti l. c. (Auctorem enim ſe eſſe citatae recenſionis in nota exemplari Philonis, quod e Bibliotheca viri immortalis mihi comparaui, praefixa teſtatur). Sed mutare notata, mei, Codicibus Mangeianis deſtituti, non erat. Quod enim ad coniecturas attinet, fateor, eis Mangeium liberaliter nimis indulſiſſe, quin eas in textum recepiſſe, neglecta earum in notis mentione. Quod in mea fuerat poteſtate, feci et lectionem vulgarem in nota ſubiecta indicaui. Si vero mutaſſem Mangeii textum, quem tamen ſaepius ex Manuſcriptis omiſſa nota reſtituiſſe videtur, non

eius,

eius, sed propriae recensionis textum exhibuissem, quod ne in animum quidem vnquam mihi venit.

Proprias igitur, at rarissimas, adieci animaduersiunculas, de quibus quidem indicare est penes Lectores, quorum indulgentiam imploro, aequos peritosque. Plurimum illae in constituenda lectione versantur. Adiici facile ampliores potuissent, nisi, ne opus in molem accresceret nimiam, cavere debuissem. Nec etiam virorum in arte critica versatissimorum exspectationi, me, virium mearum conscium, omnino satisfacturum esse, nego nullus. Vulgaribus vero et tenuibus notis, librum grauem quid iuuisset crassiorem reddere? Quae porro ad Philonis et scriptorum eius notitiam litterariam forte dici poterant, Mangeianae praefationi subieci. Caeterum vel littera P. vel signo parentheseos ( ), vel denique in praefatione tantum asteriscis a studio meo profecta notaui, cauens, ne Mangeio obiicerentur, quae forte ipse commisi.

In fine cuiuslibet Voluminis paginas Mangeianae, Parisiensis et nostrae editionis contuli, ne cui, citationes Philonis in Capita non distincti apud auctores alios, in nostra inuenire editione esset molestum.

Textum graecum quoad potui correctissimum exscribi curaui. Adiuuit vero me, in hoc

hoc negotio Clar. VOGELII, apud Norimbergenſes Scholae Sebaldinae Conrectoris, viri doctiſſimi et litterarum graecarum peritiſſimi ſingularis diligentia curaque, qui omnem impendit operam, vt acuratiſſime prodiret editio. Quod cum publica gratiarum actione, vt et alii ſciant, cui debeant grates, lubens profiteor. Splendori externo honeſt. Waltheri cura nihil voluit deeſſe.

Litterarum compendia, quae in notis adhibui, non adeo difficilia intellectu fore ſpero. Ex Mangeii praefatione et hac mea pateſcet: *Med.* Codicem Mediceum, (vel potius Codices Mediceos), *Vat.* Vaticanum, *Aug.* Auguſtanum Hoeſchelii, *Coll. Nou.* et *Trin.* Collegii Noui et Trinitatis, *Par.* Codices Regios Pariſienſes. *Coisl.* Coislinianum. *Cod. A.* Codicem Monachienſem primum (ſecundi enim et tertii in hoc primo tomo nulla fit mentio), Litteram M. Mangeium, *Benz.* Benzelium, etc. denotare. Reliqua per ſe clara ſunt et manifeſta.

Locorum biblicorum notitiam, cum margo huius editionis anguſtior, illaque ipſa notiſſima eſſent, hoc quidem tomo praetermiſi, rariora vero in notis poſui. In ſequentibus autem tomis ſingula laudabo.

Quae forte Fautores ad maiorem operis vtilitatem atque ſplendorem mihi communicaturi

ri sunt (quorundam enim iam grata mente profiteor promissionem, aliosque vt mei, Philonisque mei meminerint, rogo oroque etiam atque etiam), ea suis locis et in Mantissis, sequentibus voluminibus subiiciendis, inseram.

Indices demum in fine operis necessarios et exactos adiiciendos curabo. Ignoscant tantum lectores, si quid humani, si quid minus recti, si quid peccati admiserim.

Sic ergo me, meique Philonis editionem Lectoribus commendo, vtque ea diuino annuente numine multum faciat ad incrementum diuinarum humanarumque litterarum ex animo opto. Scripsi Erlangae. Mens. Mart. A. S. CIↃIↃCCLXXXV.

THOMAE MANGEY

PRAEFATIO AD LECTOREM.

Priusquam de Editione mea hac disseram, libet ortum, natales, mores, et res gestas Auctoris celeberrimi summatim attingere. Multi eiusdem nominis scriptores, verum omnes Ethnici, extiterunt ante hunc, quorum catalogum diligentia solita IOH. ALB. FABRICIVS *) confecit in Bibliotheca sua Graeca. Fuit etiam Philo alius Carpathius **), saeculo post Dominum nostrum quarto; cuius Fragmenta quaedam etiamnum extant in Catenis ineditis, quique vulgo appellatur, ὁ ἐπίσκοπος, vt distinguatur ab Hebraeo. Noster vero Hebraeus, vel Iudaeus, vtroque enim nomine apud patres antiquos audit, natus est Alexandriae Aegypti ciuitatis, per multos retro annos eruditionis, opulentiae et imperii domicilio, et vbi magna priui-

*) Bibl. Graec. L. IV. c. IV. Tom. III. p. 118.

**) Claruit circa an. Ch. 400. vide sis de eo SAXII *Onomasticon litterar.* Tom. I. p. 470. Videtur Mangeius eius mentionem inter alios huius nominis fecisse, tum, quod quaedam eius exstent opera, quae Fabricius l. c. adduxit, tum, vt hac occasione Catenas, ineditas adhuc, allegaret. *P.*

priuilegia, et cum ciuibus reliquis ἰσοπολιτεία, Iudaeis fuerant a Ptolemaeis Regibus et Caesaribus concessa *).

Familia ortus est sacerdotali, sicut veteres a) testantur, ipse quoque, quod prodit ex magnis quibus passim ornat tribum Leuiticam b) praeconiis, vt sacerdotem vel saltem Leuitam esse facile scias. Generis eius splendor mirifice ab EVSEBIO c) extollitur, secundum quem erat *nulli ex magistratibus Alexandriae maxime illustribus secundus.* In re lauta fuisse Philonem indicio esse videtur egregium eius vxoris responsum d), quae interrogata, *cur ornamenta aurea non gestaret*, respondit: *mariti virtus mulieris ornamentum sufficiens.* Nam quod ab ipso dicitur e), οἱ πένητες ἡμεῖς, *nos inopes*, potius victus quam facultatum tenuitatem

*) ASARIAS et alii Iudaeorum Philonem nostrum ידידיה i. e. *dilectum a Deo* appellant, cum Philo ex graeca lingua ab amore dicatur. Ebraice scribitur פילון. Praeter citatum a Mangeio Fabricium confer quae IOH. CHRISTOPH. WOLFIVS in Bibliotheca Hebraica Vol. I. et III. habet, additis KOECHERI analectis. Tom. I. p. 113. *P.*

a) EVSEB. Eccl. Hist. L. II. c. 4. Hieron. de Vir. ill. Phot. Cod. 105.

b) de praemiis Sacerdot. p. 236. *Ed. Mang.* De Legib. spec. p. 321. eiusd. Edit.

c) l. c. τῶν δὲ ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐν τέλει διαφανῶν οὐδενὸς χεῖρων.

d) vide in Fragmentis ad calcem p. 673. M.

e) de legib. special. p. 273. M.

tatem innuit, vel τὰς ἐν ταῖς μεγάλαις ἡγεμονίαις, ſcilicet Auguſtales praefectos, reſpicit, cum quibus Iudaeorum illuſtriſſimus quiuis collatus, plane ſordeſceret. Philonis vero natalium decus maxime commendatur a Ioſepho, ex fratre eius Alexandro Lyſimacho, Alabarcha vel Arabarca (de ſcriptione enim vocis ab eruditis diſputatur) eodem qui memoratur Actor. Apoſtol. IV, 6. καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, quique templi portas auro et argento obduci fecit. Maximae autem illi ſuppetebant facultates, ita vt a celebri hiſtorico *f*) diceretur *genere et diuitiis ſaeculo ſuo primus*, et regi Agrippae ad Romam iter adornanti octoginta millia mutuo daret; poſtea a Caio, licet Antoniae auiae res adminiſtraret, in vincula ductus eſt, a Claudio ſolutus. Eius filius Tiberius Alexander, Agrippae filiam Berenicen in vxorem duxit, et poſtea Cuſpio Fado ſucceſſor datus, patri virtute et pietate longe abſimilis, fidem Iudaicam abiurauit.

De magiſtratu autem quo apud ſuos functus eſt Alexander Lyſimachus, tum nomen tum munus in quaeſtionem venit. Apud aliquos ſcriptores *g*) vox *Arabarches* occurrit, atque ea lectio viris quibusdam doctiſſimis placuit. Atqui

f) IOSEPHVS Antiq. Iud. L. XIX. c. 4. 5.

g) Iuvenal. Sat. I. ℣. 129. Cicero epiſt. ad Atticum, II, 17. Cod. Lib. IV. Tit. 61. Lex. 9. Iuſtinian. in Edicto XI. c. 2. 3.

ter ſcriptum *Alabarcha* apud IOSEPHVM *h*); nec facile fieri potuit, vt officii celebris nomen in gente ſua, hiſtoricum diligentem et coaeuum fugeret. Magnus Cuiacius Obſ. Lib. VIII. c. 37. vulgatam Alabarchae ſcripturam tuetur, voce deducta ab ἀλάβα, quae apud Heſychium v. ἀλάβα ſignificat μέλαν ᾧ γράφομεν. Ita vt Alabarches ſit ſcriniorum praefectus, et Alabarchia vectigal quod pro transductione pecorum fiſco inferebatur. Contenditque adeo tum Ciceronem emendandum eſſe, tum Iuuenalem, et legem codicis de Vectigalibus, cum Iuſtiniani edicto. Mihi quidem mirifice placet viri ſummi ſententia, idque eo magis, quod videor huiusce muneris veſtigia quaedam deprehendiſſe apud Strabonem Geographum, Libr. XVII. in Alexandriae deſcriptione. Poſt praefectum enim miniſtrosque a Roma miſſos, ſic deſcribit magiſtratus indigenas, τῶν δὲ ἐπιχωρίων ἀρχόντων μὲν κατὰ πόλεις, ὅ τ' ἐξηγητής ἐςι πορφύραν ἀμπεχόμενος — καὶ ὁ ὑπομνηματόγραφος καὶ ἀρχιδικαςὴς, τέταρτος δὲ ὁ νυκτέρινος ςρατηγός. Is ergo ὑπομνηματόγραφος forſan idem fuit qui Alabarches, pecorumque transductorum deſcriptionem habuit ſibi commiſſam. Qui vero plura de hoc magiſtratu, quem Philonis frater obiit, ſcire cupiat, adeat CVIACIVM l. c. SIMONEM BOSIVM

h) Antiq. Lib. XVIII. c. 6. p. 902. Edit. Oberthür. L. XIX. c. 5. p. 1048. L. XX. c. 5. p. 1104. (Quibus addas L. XVIII. c. 8. p. 934. et Lib. XX. c. 7. p. 1116.) *P.*

SIVM ad Libr. II. Ciceronis Epiſtol. ad Atticum, TVRNEBVM Aduerſar. Libr. XXVII, c. 25. HENR. VALESIVM ad Euſeb. hiſt. Eccl. Libr. II, c. 5. DIONYS. GOTHOFREDVM ad leg. X. Cod. de Vectigalibus, et virum eruditiſſimum, licet eius ſententiae nequeo ſubſcribere, IAC. WESSELINGVM in opere eximio de Archontibus Iudaeorum *).

De *anno* quo Philo natus eſt, multiplex vertitur, neque ea leuis momenti controuerſia;

aliis

*) His adde FVLLERVM Miſcellaneorum Lib. IV. c. 16. et RHENFERDVM in ſingulari de Arabarcha diſſertatione, in Operib. philol. pag. 584. Qui poſterior compoſitum eſſe nomen exiſtimat, ex רב et ἄρχων, q. d. ſupremus magiſtratus, oſtenditque Iudaeos reddidiſſe per רבהמנהיג q. ἀραβ ὁ ἡγέμενος. Cum ſingulare dignitatis ſupremae inter Iudaeos Alexandriae (nec enim de alio loco certo conſtat,) degentes nomen ſit, quidni conferendum eſſet cum illo אברך toties decantato, Gen. XLI, 43. cuius Copticam, adeoque Alexandriae non peregrinam originem nouiter perill. MICHAELIS Biblioth. Orient. Tom. IX. p. 204. et S. V. SCHOLZ in Repertorio Litteraturae bibl. et oriental. Tom. XIII. p. 3. demonſtrarunt. In hanc rem ipſe Philo facere mihi videtur Lib. de Ioſeph. p. 58. ed. Mang. de rege Ioſephum praeſulem conſtituente dicens: τὸ μὲν ὄνομα τῆς ἀρχῆς ὑπολειπόμενος αὐτῷ, τῆς δὲ ἐν ἔργοις ἡγεμονίας ἐκςὰς ἐκείνῳ. Hanc ipſam ſcilicet vocem ἡγεμονέυειν pro Alabarcha vel Arabarcha Talmudiſtae et Rabbini adhibent. Caeterum locus hic non eſt, plura de ἀλλοτρίῳ dicere. *P.*

aliis eius natales ad annum ante Christum natum vicesimum; aliis ad annum decimum ponentibus. Id forsan vtrisque spectantibus, vt veritas eorum quae de Therapeutis Christianis, et Philonis cum Petro conuersatione Romae, melius constaret. Mihi quidem calculorum rationes ineunti, probabilior videtur sententia eorum, estque ea praecipue BASNAGII *i*) rerum Iudaicarum scriptoris non incuriosi, qui Philonem natum statuunt, anno vrbis conditae 723. ante Christum tricesimo. Multa vero huic fidem faciunt. Ille enim ipse anno Caii quarto, vrbis conditae 793. se senem et aetate prouectiorem plus *k*) vna vice testatur. Iudaeis autem solenne, vt liquet ex PIRKE AVOTH, c. 5. non nisi septuagenarios senes appellare. Sane seniorem fuisse opinarer, si per vergentem magis aetatem Legationem tantam obire potuisset. Siquidem de Xanthiorum obsidione et eorum obstinata erga Caesarem fide, vt facto recenti, loquitur *l*). Infelix vero ista et fidelis ciuitas sortem istam tulit anno post Caesarem in senatu interfectum primo, vrbis conditae 712. vt liquet ex historiae Romanae

i) Histoir. des Juifs. L. IV. c. 21.

k) Lib. de Legat. p. 545. ἄχρι τινὸς ἡμεῖς οἱ γέροντες etc. Idem, p. 572. ἐγὼ δὲ φρονεῖν τι δοκῶν περιττότερον, καὶ δι' ἡλικίαν καὶ τὴν ἄλλην παιδείαν etc.

l) Lib. quod liber sit Omnis Probus, p. 464. ὥσπερ φασὶν οὐ πρὸ πολλοῦ Ξανθίους.

nae ſcriptoribus *m*). Poſita vero hac annorum Philonis ſupputatione, quam vel veram vel vero proximam auſim affirmare, in fabulas abeunt, quaecunque narrantur ab antiquis *n*) de fide Chriſtiana ab eo vel repudiata vel recepta. Ruit vero prorſus tota iſta ſententia, quam veteres tradiderunt, hodierni ſcriptores acriter nimis amplexi ſunt, de Therapeutis Chriſtianis. Si Philo ſeptuagenarius fuerit anno Chriſti 40. qui fieri potuit, vt iſta talia ſcriberet de Therapeutis, qui ad Marcum ſectae inſtitutorem et conuerſionis auctorem referunt? Nouennio poſt Caii obitum ſcilicet anno Chriſti 49. Marcus Apoſtolus Alexandriam venit, nec niſi altero decennio, vt videtur, fides chriſtiana propagari et ſtabiliri potuit, nedum ſecta ſub ſeueris inſtitutis et aſceticae vitae regulis coaleſcere. Nonagenarius ergo Philo de Therapeutis fide iſta iam modo amplexa, libellum iuueniliter, ſi quis alius, conſcriptum, eosque, quos vt Iudaeus pro more gentis inuiſos habuiſſet, ſummis tamen ornat praeconiis. Quinetiam Noſter eos *o*), συγγάμματα παλαιὰ vſurpare auctor eſt, quae vulgo explicantur de Foederis noui libris, vnde et in Codice MS.

m) DIONE CASSIO, Lib. XLVII. APPIAN. de Bellis Ciuilibus, L. IV. p. 324.

n) EVSEB. Eccl. Hiſt. Lib. II. c. 5. HIERON. de viris illuſtr. et PHOT. Cod. CV.

o) de vita contemplatiua p. 475. (vbi etiam plura de hisce Therapeutis inuenies.) *P.*

Nro. 2263. Regis Christianissimi, sic ad marginem loci citati adscribitur: Συγγράμματα δοκεῖ λέγειν, τὸ ἐυαγγέλιον καὶ τῶν ἀποςόλων γραφὰς, καὶ τὰ ἐξηγεμένων ὑπογράμματα. Verum merito dubitatur anne quiuis Foederis noui liber, dum Philo per aetatem posset scribere, editus fuerit in lucem. Certe nulla ex epistolis Paulinis: et quod ad D. Marci Euangelium attinet, EVSEBIVS eius promulgationem refert ad annum Claudii Caesaris tertium, ὑπογραφαὶ ad Codicum calcem ad duodecimum post Domini nostri ascensionem annum; verum si IRENAEO *p*) fides, isque antiquior et potior Eusebio testis, non editum est Euangelium istud nisi post obitum Petri et Pauli, id est, anno aerae Christianae 64, quando Philo prope centenarius fuerat. Porro idem ex Philonis aetate de eius conuersatione Romae cum D. Petro statuendum; tempore enim quo Philo legationem obiit, Petrus Hierosolymis degebat, atque

p) Adu. haeres. L. III. c. 1. μετὰ δὲ τὴν τέτων Ἔξοδον Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρε, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρε κερυσσόμενα, ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. Verum Ἔξοδον denotare e vita excessum, renitente licet Grabio, cuiuis notissimum. vid. EVSEB. *hist. Eccl.* Lib. V. c. 8. (Addas tamen velim, quae perill. MICHAELIS in *introductione in N. T.* Tom. II. §. 137. p. 916. coll. §. 136. Edit. tert. 1777. contra hocce Irenaei testimonium monuit. Quidquid vero sit, hoc tamen certum est, proxime ante obitum Petri Euangelium suum scripsisse Marcum. *P.*

atque ibi perstitisse certum est, vsque ad mortem Herodis Agrippae. Dein Antiochiam contendit, vbi diu commoratus est, admodumque probabile est apostolum non fuisse Romam profectum vsque dum Nero imperaret. Credine ergo potest, vel D. Petri famam a Roma ad Alexandriam vsque tam breui pertigisse, vel ea inductum Philonem, senem iam decrepitum et fere centenarium, nauigationem difficilem et periculosam ad conuersandum cum viro quem nunquam antea oculis vsurpasset, potuisse suscipere? Ex dictis abunde liquet tum Eusebii historiam de Philonis conuersione, tum Photii de eius apostasia, fide debita destitui, atque adeo narrationibus fabulosis et fama mendace traditis accenseri debere *).

Philo igitur Christianus non erat, nec sane per aetatis rationem facile talis esse poterat, sed mere Iudaeus, dogmatumque et rituum gentis suae tenacissimus. Passim in operibus suis manifesta Iudaismi prodit indicia. Templo eiusque reditibus magnificis spondet aeternitatem. Hierosolyma ἱερόπολιν appellat, eamque egregiis ornat elogiis. Porro gentem caram et dilectam Deo, generis humani primitias, nec non pro toto orbe sacerdotium gerentem, describit. De circumcisione,

*) vide contra Philonis Christianismum disputantes PETR. ALLIXIVM in *Iudicio Ecclesiae Iudaicae contra Vnitarios* c. 6. et HENR. SCHARBAV in *Iudaismo detecto* p. 98. sqq. *P.*

cifione, de diuini cultus ritibus, praefertim ve-
ro facrificiis, pro more gentis magnifice et fenti
et loquitur; eaque in perpetuum duratura eff
fortiter pronunciat. Nulla apud Philonem ve
obfcuriffima mentio Meffiae iam nati occurrit,
eorumue quae Chrifto et ob Chriftum in Iudaea
contigerant. Meffiae non fpiritualis fed tempora-
lis, atque adeo meri hominis, non vno in loco
fpem fuis facit; et licet plurimas diuinitatis no-
tas *Verbo* tribuat, eius tamen perfonam eandem
fore cum Meffia nunquam, vt mihi videtur, do-
cuit. Fidem quoque his facit D. AVGVSTINVS
adu. Fauft. Lib. XII. qui difertis verbis docet
Philonem in Chriftum non crediidiffe. Quin etiam
nec pro Schifmatico eft habendus, ficut vifum
viro eruditiffimo BERN. LAMY q), cui theo-
logia chriftiana ob operam feliciter pofitam in
euangeliis interpretandis, multum debet. Is ve-
ro fic de Philone habet: *Cum nullam mentionem
faciat Hierofolymorum et templi, oftendit fe non alie-
num effe a fchifmate Alexandrinorum qui Oniae tem-
plum frequentabant.* Atqui certum eft, vt ex an-
te dictis conftat, eum mentionem templi et ciui-
tatis fanctae faepius feciffe. Nec vero fchifma
Alexandrinorum adeo luculenter apparet, quippe
quibus templum et fefta annua folenne fuit ob-
feruare; vt probabile eft ex Act. Apoft. II, 10.
Synagogam quoque fuam Hierofolymis habebant,
ficut Iudeai ex reliquis gentibus; id docente D.
LVCA,

q) Diff. de Pafchate Iudaeorum p. 429.

LVCA, Act. Apost. VI, 9. ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων — — καὶ Ἀλεξανδρέων, etc. Si Iosephus ita de Nostro sensisset, vix tam male ob schisma merenti tam egregias impendisset laudes. Verum Philo sit pro se ipso testis. Is enim docet in libello suo de Prouidentia *r*) *se per Ascalonae vrbis fines iter instituisse ad precandum et sacrificandum in Templo Patrio.*

Quaeritur etiam cuinam ex tribus Iudaeorum sectis, Essenis, Sadducaeis, an Pharisaeis, Philo adscribendus est. Certe Essenos, quos tantopere laudat, non est imitatus. Eiusque vita forensis et publicis negotiis distenta multum abhorrebat a solitudine et plebeiis sectae istius occupationibus. A Sadducaeis mores eius et dogmata toto distabant coelo. Reliquum est, vt a Pharisaeorum partibus stetisse asseramus; idque cuiuis constare potest ex plurimis operum eius locis. Quaenam fuerint praecipua eorum dogmata, ex Foedere *s*) nouo et Iosepho facile discimus. Pharisaei in hoc a Sadducaeis longe dispares, traditiones quasdam praeter textum sacrum recipie-

r) In Fragmentis ex EVSEBII Praepar. Euangel. L. VIII. c. 13. editionis Mang. p. 646. καθ᾽ ὃν χρόνον εἰς τὸ πατρῷον Ἱερὸν ἐστελλόμην εὐξόμενός τε καὶ θύσων. Vide insuper Vol. I. p. 255. ἡμᾶς ἐκ τοῦ Αἰγύπτου μετήγαγε. Vol. II. p. 346. ἐν ἱεροπρεπεῖ τῷ χωρίῳ, κατὰ τὴν τοῦ Ἀρχιερέως στολήν. Nemo, nisi Iudaeus religione, sic poterat loqui.

s) Act. XXIII, 8. Ioseph. de Bello Iud. L. II. c. 8.

recipiebant. Harum innumera exempla apud Noſtrum. Confitentur illi angelorum et ſpirituum exiſtentiam: Philoni maxime cum his conuenit; neque enim quisquam ex Iudaeis ſcriptoribus naturam, ſortem et munus angelorum luculentius expoſuit. Docet eos eſſe *t) poteſtates legatione fungentes, et a Domino enarrantes ſubditis ſuis bona, et regi, quorum indigent ſubditi.* Alibi *u), ſanctas et diuinas naturas, ſubpraefectos et miniſtros primi Dei, quorum opera legatorum inſtar, quaecunque generi noſtro molitur, annunciat.* Quin et eos eſſe *x), naturae puriſſimae et optimae, velut regis magni oculos et aures, vniuerſa cernentes et audientes.* Denique *y) eſſentiam angelorum ſpiritualem* eſſe aſſerit; *eosque hominum formis aſſimilari, ad eorum vſus transformatos.* Porro praemia et poenae poſt mortem praecipuae erant Phariſaeorum notae *z*), quorum quidem fidem vix Chriſtianus quiuis vel firmius profeſſus eſt, vel luculentius explicuit. *Animum* enim docet *a) extrinſecus corpori ſuperuenire,* eumque

t) de Plantatione, p. 332.

u) de Abraham, p. 16.

x) de Somniis p. 642.

y) In Fragmentis ex Iohanne Damaſceno, pag. 626. πνευματικὴ δὲ ἡ τῶν ἀγγέλων οὐσία· εἰκάζονται δὲ πολλάκις ἀνθρώπων ἰδέαις πρὸς τὰς ὑποκειμένων χρείας μεταμορφούμενοι.

z) Act. Apoſt. XXIII, 6. Ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι ἐκ Φαρισαίου, περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν κρίνομαι. Ioſeph. de Bello. Iud. Lib. II. c. 8.

a) De mundi Opificio, p. 44. huius Edit.

eumque diuinum esse et aeternum. Idem memorat *b*) *locum impiorum, et impiorum locum sine sole. Hos c*), inquit, *tali modo defunctos immortalis vita excipiet, illos ita viuentes mors aeterna.* Porro *d*), *somnum futurae olim resurrectionis vmbram et similitudinem* esse docet, eodemque sensu, quo Dominus noster, vocem graecam παλιγγενεσίαν vsurpat. Pharisaei multum tribuebant gratiae diuinae, nec tantum tamen vt arbitrii humani libertatem tollerent. Sic enim Iosephus *e*) de eis, loco nuper citato, *fato et Deo omnia tribuunt, et honeste agere aut non agere, magna ex parte in hominibus situm esse aiunt, cooperari autem* in singulis fatum; alibique monet *sectam Pharisaicam Stoicae esse quam simillimam.* Similia prorsus de gratia diuina philosophatur noster. Crederes, cum ipsum de ope diuina differentem perlegas, D. Paulum in manibus tenere. Passim enim Philo imbecillitatem humanam, vel in virtute comparanda, vel in prauitate

b) De Allegoriis Lib. III. p. 130. et de Somniis p. 676. Quae quidem loca nescio annon lucem afferunt Act. Apostol. I, 28. πορευθῆναι εἰς τὸν ἴδιον τόπον.

c) de Posterit. Cain. p. 233. τὺς μὲν ὕτως ἀποθανόντας ἡ ἀθάνατος ἐκδέξεται ζωὴ, τὺς δὲ ἐκείνως ζῶντας ὁ αἴδιος θάνατος.

d) In Fragment. Vol. II. p. 667. σκιὰν δὲ καὶ ὑπογραμμὸν τῆς αὖθις ἐσομένης ἀναβιώσεως ὕπνον.

e) De Bello Iud. L. II. c. 8. εἱμαρμένῃ τε καὶ θεῷ προσάπτυσι πάντα, καὶ τὸ μὲν πράττειν δίκαια καὶ μὴ ἐπὶ ἀνθρώποις κεῖσθαι, βοηθεῖν δὲ εἰς ἕκασον καὶ τὴν εἱμαρμένην. Vide eundem in vita sua, p. 905.

prauitate deuitanda, sine gratia diuina adstruit. *Omnia*, inquit *f*), *sunt Dei; qui ergo sibi quicquam adscribit, aliena surripit. Pietas et sanctitas bona sunt, verum ea sine Deo assequi non possumus g*). *Sine gratia diuina non est possibile mortalia deserere vel immortalibus semper adhaerere.* Idem tamen vna cum coelesti auxilio libertatem mentis humanae adstruit. *Homo h*), inquit, *liberam facultatem et sui iuris sententiam nactus, merito vituperium incurrit, si prudens sciensque peccat, sicut e diuerso laudem, quandò sponte sua bene facit.* Nec libet, nec vacat omnia auctoris loca de articulis hisce congerere; cum vero hinc gratiam diuinam, illinc libertatem humanam in locis diuersis extollat, statuendum est, id quod etiam de D. Paulo dicendum, eum vtramque asserere, nec contraria et repugnantia scribere aut sentire.

Nescio annon Pharisaismi notis annumerari debeat nimium istud in Philone, prout plurimis videtur, Allegorizandi studium. Istiusmodi explicationes scripturae, sicut traditiones alias, quasi πατροπαραδότους scriptis acceperant. Credo equidem, neque vana est fides, interpretationem allegoricam a versionis Graecae tempore vsque ad Aquilam, per quatuor fere saecula, vulgo obtinuisse. Magis eam inualuisse probabile est ex Mytho-

f) De Allegoriis p. 93. et ibid. p. 114. ed. M.
g) De Ebrietate, p. 379. E. M.
h) De Dei Immutabilit. p. 279. M. E.

Mythologicorum ſcriptorum inter Ethnicos fama, qui tunc temporis coeperant fabulas ſuas propudioſas et impias myſticis vmbris vel obducere, vel defendere. Ad Allegorias etiam abripi poterant Alexandrini, apud quos pene omnis eruditio Iudaica vigebat, textus Originarii et rituum ſacrorum ignorantia. Quinetiam cum Allegorici interpretes, de vocibus, litteris, litterarumque apicibus ſunt minus curioſi, huic tali interpretationi, non Iudaeorum malignitati, adſcribendos puto errores quam plurimos, qui Hebraeos Codices inuaſerunt; neque enim ſerius irrepſiſſe nouimus ex Hexaplis. Vtcunque iſtud minus probabile videatur, hoc plane certum eſt, Philonem non fuiſſe Allegoriarum auctorem, nec eum eſſe ſicut PHOTIVS *i*), tradit, *a quo omnis Allegoricus ſacrae ſcripturae ſermo in Eccleſiam peruenerit.* Sectatur Allegorias nimium quantum, ſed ita tamen vt oſtendat, non ſe viam ad has indicaſſe, ſed alios praeeuntes fuiſſe ſecutum. Memorat ipſe *k*) antiquiores ſe interpretes, qui hoc inſtitu-

i) Cod. CV. ἐξ οὗ, οἶμαι, καὶ πᾶς ὁ ἀλληγορικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ λόγος ἔσχεν ἀρχὴν εἰσρυῆναι.

k) Lib. de Circumciſ. p. 211. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀκοὰς ἦλθε τὰς ἡμετέρας, ἀρχαιολογούμενα παρὰ τοῖς θεσπεσίοις ἀνδράσιν, οἳ τὰ Μωσέως οὐ παρέργως διηρμήνευσαν. Idem de Vit. Contempl. p. 475. ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, οἳ τῆς αἱρέσεως ἀρχηγέται γενόμενοι πολλὰ μνημεῖα τῆς ἀλληγορουμένης ἰδέας ἀπέλιπον. vid inſuper de Abraham

institutum persecuti sunt. Aristobulus diu ante Philonem Allegoricas scripturae explicationes protulit. Eas cum Christianis vitio daret Celsus *), ita ORIGENES respondet, vt doceat eas non ante Christianismum modo, verum et ante Philonem increbuisse, et praecipue ab Aristobulo fuisse vsurpatas. *Videtur l)*, inquit, *loqui, de Philonis libris, vel eo antiquioribus, qualia sunt Aristobuli scripta* **).

Dictis fidem facit CLEMENS ALEXANDRINVS m): Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι (τὸν Φιλάδελφον) οὗ μέμνηται ὁ συνταξάμενος τὴν τῶν Μακκαβαιῶν ἐπιτομὴν, βιβλία γεγονέναι τὰ ἱκανά.

Insigne

ham p. 15. de Ioseph. p. 63. de Legib. Special. 329. et de Septen. p. 293. Ed. M.

*) ORIGENES adv. Cels. L. IV. p. 204. Idem etiam acerbe Porphyrius monuit adv. Christ. L. III. apud EVSEB. hist. Eccl. L. VI. c. 19. *P.*

l) Contra Cels. L. IV. p. 198. ἔοικε δὲ περὶ τοῦ Φίλωνος συγγραμμάτων ταῦτα λέγειν, ἢ τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων, ὁποῖά ἐστι τὰ Ἀριστοβούλου.

**) Origenem tamen maxime ex Philone hanc Allegoricam Scripturarum explicationem hausisse, vno ore confitentur omnes. Caeterum et de hac Allegorica Scripturae expositione vide BRVCKERI histor. Critic. Philosophiae T. II. p. 800. *P.*

m) Strom. V. pag. 705. Respicit 2 Maccab. I, 10. Verum Aristobulus, ad quem a Iudaeis scribitur, alius ab illo qui vnus erat ex Scripturae interpretibus sub Ptolemaeo: vide SPENCER. ad Origenem p. 55. et IOS. SCALIGER not. ad Euseb. Chronic. p. 142.

Inſigne vero de Ariſtobulo teſtimonium exſtat apud EVSEBIVM *n)* ex Anatolio: Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς — ἑρμηνεύσασι γραφὰς, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσι.

Eiusdem Ariſtobuli Fragmenta bene longa de Allegoriis adducuntur ab EVSEBIO Praep. Euang. Lib. VII. Quin etiam Eleazarus pontifex iſtam interpretandi rationem ſectatus eſt, partemque libelli ab eodem de Allegoriis ſcripti, habemus apud eundem Euſebium Praep. Euangel. Lib. VIII. 10. ex Ariſtaea, vt ait, depromtam. Erat quoque alius Allegoriſta, Ariſtobulo iunior, Philone ſenior, vt nouimus ex Anatolii loco iam citato. Certe illuſtre Allegoricae interpretationis exemplum occurrit apud auctorem Sapientiae Salomonis XVIII, 24. ἐπὶ γὰρ ποδήρους ἐνδύματος ἦν ὅλος ὁ κόσμος.

Denique Philo ipſe *o)* auctor eſt Eſſenos, maximam philoſophiae ſuae partem priſco ritu per Allegorias tradere. Non ergo noſter Allegoriſtarum vel ſolus fuit, vel primus; multi ante eum, multi etiam poſt eum, ſed non ab eo ſic edocti, Scripturas ſacras myſtice interpretati ſunt.

n) Eccl. Hiſt. L. VII. c. 32.

o) Lib. Quod omnis Probus liber p. 438. τὰ γὰρ πλεῖστα διὰ συμβόλων ἀρχαιοτρόπῳ ζηλώσει παρ' αὐτοῖς φιλοσοφεῖται.

sunt. Ratio ista non ex vnius cuiusuis auctoritate aut exemplo; sed ex multorum saeculorum vsu et consuetudine increbuit. D. Paulus, et Barnabas, primaeuique et apostolici Patres, ab eodem quo Philo fonte, sed non a Philone, allegorias suas hauserunt. Quam ob rem qui hoc auctori nostro vitio dant, eadem ratione, Apostolos et quos ecclesia Christiana habet sanctissimos et antiquissimos antistites, incusabunt. Certe paucae longius petitae Allegoriae apud Philonem occurrunt, quam qualis exstat apud D. PAVLVM Epist. ad Galat. IV. τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν Ἀραβίᾳ etc. quae quidem nisi sint librarii glossema, haud facile explicantur. Displicuit multis nimium adeo in nostro Allegorici sensus studium, vt litteralem prorsus tollere videretur. Verum non minus forsan peccant interpretes qui è contra litterae nimium adhaerent. Tutissima et, ni fallor, veritati proxima est via, quae media inter vtrumque, allegoriam et litteram, incedit. Sic enim D. HIERONYMVS p), *Nec hoc dico quo historiae auferam veritatem, quae fundamentum est spiritualis intelligentiae.* Idem alibi, *et reuera stultum est id quod in Typo dicitur sic quosdam referre ad anagogen vt historiae auferant veritatem.*

Istiusmodi regulam interpretandi vulgo obseruatam esse a Philone ausim affirmare. Nam licet

p) Epist. ad Dardanum. Vide eundem epist. ad Euangel. et Praefat. Comment. in Iesaiam.

licet allegoricum ſenſum litterali anteponat, ita tamen anteponit, vt non auferat hiſtoriae veritatem. Inſignis locus occurrit apud ipſum, quo ſuam de recta interpretandi ratione prodit ſententiam q): *Sunt enim quidam, qui dum putant ſcriptas leges eſſe figuras intelligibilium, his diligenter dant operam, illas ſegniter negligunt, quorum mihi non placet facilitas. Debuerant enim vtraque curare; quamuis enim ſeptimus dies potentiam illius ingeniti et creaturarum otium ſignificet, non tamen leges de eo praeſcriptae ſoluendae ſunt, vt ignem accendamus* etc.

Cenſuram mereri nonnullis videntur dicta a Noſtro r), de ſerpentis cum Eua colloquio, mulierisque e viri latere formatione. Verum ſi ſententia probe expendatur, conſtabit eum non tam hiſtoriae veritatem auferre, quam litteralem nimis explicationem improbare. Philoni minus arridet eorum explicatio, qui haec de vero ſerpente dicta exiſtimant. Multi tamen inter Chriſtianos eadem cum illo ſentiunt, Satanamque humani generis hoſtem metaphorice ſerpentem dici, contendunt. Qui hiſtoriam lapſus protoplaſti nimis anxie ad litteram explicant, videntur ſane ſacri eloquii vel veritatem conuellere, vel dignitatem deprimere. Nimius allegoriae, nimius quoque litterae abuſus officit verae ſcientiae; vnde a nonnullis Caietanus laudatur, qui mediam

q) Lib. de Migrat. Abrahami, p. 450.

r) Lib. II. de Allegoriis.

dium quandam inter vtrumque extremum viam tenuit.

Philo ergo religione Iudaeus, nec vel Schismaticus, vel Chriſtianus; ſecta Phariſaeus, Allegoriſtarum ſi non ſolus et primus, certe princeps; porro philoſophia, vt videtur, Platonicus. Vnde factum, vt vulgatum iſtud effatum apud antiquos s) percrebeſceret: *vel Plato philonizat, vel Philo platonizat.* Similitudo vero iſta duorum celebrium ſcriptorum, non tam ex ſtylo, quam ex ſenſibus et dogmatibus conſtabat. Ex Iudaeis Plato, ex Platone Philo profecit, Platonicaeque philoſophiae ſe et peritum et ſtudioſum paſſim prodit. Longum eſſet inductione quadam recenſere ſingulares quasdam ſententias, quas e ſchola Platonica Iudaeus noſter arripuit: ſufficiat compendio dicere quaedam ſelectiora.

Plato

s) HIERON. de Vir. Illuſtr. ISIDOR. Peluſ. Lib. III. Ep. 81. PHOT. Cod. CVII. SVID. v. Φίλων. (Adde hisce a Mangeio citatis et AVGVSTINVM L. XII. contra *Fauſt. Manichaeum* c. 39. et PHOT. Cod. CV. aliosque a POPE · BLOUNT in *Cynoſura celebr. Auctor.* p. 102. ſqq. excerptos. Hoc ipſum prouerbium prae ſe fert Codex XII. Plut. LVII. Bibliothecae Mediceae, Excerpta, moralia vt plurimum, ἐκ τοῦ Φίλωνος τοῦ ἑβραίου, περὶ οὗ εἴρηται, ἢ Φίλων πλατωνίζει ἢ πλάτων Φιλωνίζει, continens, memoratus Bandinio Tom. II. *Biblioth. Medic.* p. 353. Inſunt huic Codici Saec. XV. exarato varia veterum Philoſophorum et Oratorum, Pythagorae, Platonis etc, excerpta. *P.*

Plato *t)* praecipue auctor est, hominis perfectionem solum in similitudine cum Deo consistere, Noster passim eandem doctrinam *u)* tradit, videturque tum sensus tum etiam verba philosophi vsurpare. Egregia doctrina ab eodem traditur *x)*, *Virtutem sufficere ad felicitatem; verumtamen quasi organis quibusdam indigere bonis corporis et externis;* eandem deprehendes apud Iudaeum, lib. de Abraham, p. 31. (Edit. Mang.) et passim alibi. Quod vero Philo docet *y)*, *Mundum hunc per inferiores potentias ad idearum inuisibilium exemplar fuisse confectum;* id ipsum ex Timaeo Platonis manifeste arripuit, atque adeo ipsa philosophi verba adducit in Libro de Mundi Incorruptibilitate. Denique cum praeexistentiam animarum et me-

 tem-

t) In Theaeteto, pag. 176. vid. etiam DIOGEN. LAERT. in Platone p. 164. CLEMENS ALEX. Strom. II, 482. v. 703.

u) Lib. de Mund. Opific. p. 35. de Migrat. 456. de decem Orac. p. 192. de eo quod Omnis Prob. Lib. p. 470. et passim alibi.

x) DIOGEN. LAERT. in Plat. seg. 164. *τὴν δὲ ἀρετὴν αὐταρκῆ μὲν εἶναι πρὸς εὐδαιμονίαν, ὀργάνων δὲ προσδεῖσθαι τῶν περὶ σῶμα πλεονεκτημάτων.* PLAT. de Legib. L. II. p. 661. EVSEB. Praep. Euang. L. XII. c. 16. CLEM. ALEX. Strom. IV. 574. THEODORET. de Curat. Graec. Affect. ser. VI. 568.

y) de Confus. Ling. *εἷς ὢν ὁ Θεὸς ἀμυθήτους περὶ αὐτὸν ἔχει δυνάμεις δι' ἂυ* (scribo *διὰ*) *τούτων τῶν δυνάμεων ὁ ἀσώματος καὶ νοητὸς ἐπάγη κόσμος τὸ τοῦ φαινομένου τοῦδε ἀρχέτυπον*, etc.

tempſychoſim adſtruat, animam humanam eſſe τριμερῆ, quatuor etiam virtutes cardinales, ſtellas porro animatas cum mundo ipſo eſſe contendit, non ſe tam Moſis interpretem, quam Gentilis philoſophiae alumnum, et plane Platoni praecipue addictum oſtendit. Si quis vero plura de Philonis Platonismo cupiat ediſcere, ne ipſe actum agam, perlegat breuem et egregium libellum IOH. ALB. FABRICII ſententiae IOHANNIS IONSII oppoſitum *).

Verum Philo non eo vsque Platonismum amplexus eſt, vt non aliis quoque ſe ſectis immiſcuerit, atque exinde pro lubitu ſuo nonnulla arripuerit. Pythagoreus apud nonnullos e priſcis auctoribus z) audit; neque id immerito, cum Pythago-

*) FABRICII libellus titulum habet: *diſſertatio de Platoniſmo Philonis*, Lipſ. 1693. recuſus in *Sylloge* differt. pag. 150. ſeqq. IONSIVS contrarium euincere conatus erat in *Scriptor. hiſt. phil.* L. III. c. 4. p. 225. quem ſecutus erat BVDDEVS *Introd. in hiſtor. phil. Hebr.* §. 18. p. 80. §. 32. p. 216. mentem tamen mutauit in noua editione. Vide pluribus ſingulari acumine et eruditione hunc Philonis Platonismum exponentes, IOAN. CLERICVM epiſt. crit. VIII. p. 210. inprimis vero IOH. LAVR. MOSHEMIVM ad CVDWORTH *Syſt. intellect.* p. 641. et BRVCKERVM in *hiſt. philoſ.* T. II. p. 801. ſeqq. Tom. VI. p. 452. *P.*

z) CLEM. ALEX. Strom. I. ὁ Πυθαγόρειος Φίλων. EVSEB. hiſt. Eccl. Lib. II. c. 4. τῶν κατὰ Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν ἐξηλωκὼς ἀγωγήν. SOZOMEN

thagoreorum sectam *a*) sanctissimam vocet. Multus est etiam in vnitatis laudibus praedicandis, summamque potentiam numeris in rerum confectione *b*) tribuit; quae quidem erat praecipua Pythagoreorum nota, teste Photio. Nec vero ita abhorruit Plato a numerorum rationibus obseruandis, vt diuersam a Pythagora philosophiam instituisse videatur. Testatur quoque Aristoteles *c*) Platonis sectam in multis cum Pythagorica conuenire. Nec tamen hic se continuit Noster, verum et in Stoicorum etiam nonnunquam transiit partes. Haud enim quiuis ex scriptoribus antiquis plura Stoicismi indicia prae se tulit. Certe Zenonem in quauis refert pagina.. Docet *d*): *eum, qui virtutes possidet principem esse et regem, licet opibus quibuscunque destituatur. Solum honestum pro bono habendum, nec alium nisi sapientem libertate gaudere.* Nescio tamen an Zenonem sequendo, a Platone prorsus discedere videatur; cum non multum discriminis interesset Academiam inter et

 Porti-

MEN. Hist. Eccl. Lib. I. c. 12. Φίλων δὲ ὁ Πυθαγόρειος." NICEPHOR. Hist. Lib. II. c. 16. FRECVLPHI Chron.

a) Lib. Quod Omnis Prob. Lib. circa initium.

b) Lib. de Legib. Special. p. 353.

c) Metaphys. L. I. c. 6. τὰ πολλὰ τοῖς Πυθαγόρου δόγμασιν ἀκολουθοῦσαν. Huc etiam affer DIOG. LAERT. L. III. seg. 8.

d) Lib. de Posterit. Cain. p. 250. 252. de Nom. Mut. p. 601. de Somniis p. 691. et in Fragm. ex Iohan. Damascen. p. 650. 655.

Porticum. Iſtud ex SEXTO EMPYRICO *e*) diſcimus, qui auctor eſt magnam Stoicorum dogmatum partem apud Platonem occurrere. Dicendum ergo Philonem non ſe adeo Platoni addixiſſe, vt non alias etiam ſectas amplecteretur; interdum Pythagoram, interdum Zenonem refert; quinetiam haud vna vice ſenſuum et mentis certitudinem ita conuellit, vt Pyrrhoniſmi principia ſtabilire videatur. Nullius in verba iurare penitus addictus, haec in vno, illa in altero, in nullo omnia amplectitur, ſed ex vnoquoque, quicquid vel exercere ingenium vel mores efformare melius poſſet, pro lubitu depromit. Vnde de ſecta Philonis cogitanti ſubit animum ſuſpicio, in Eclecticorum partibus ſubſtitiſſe, qui ex quauis ſecta quod ſibi placuerat arripuerant. Horum dux et auctor Potamon *f*), Auguſto regnante, ortu Alexandrinus, vnde in ciuitate qua oriundus erat, ſectatores habere potuit. Idque eo magis probabile videtur de Philone, quod ſaeculo iſto nullae quod ſcimus Platonicae ſcholae eſſent vel Athenis vel Alexandriae; maxime florentes, vel ſolae erant Peripateticorum, Epicureorum et Stoico-

e) Lib. I. c. 33. ὡς εἰρῆσθαι ἐπ' αὐτῷ, ὅτι ἡ 'Ακαδημία φιλοσοφεῖ τὰ ϛωικά. Et ibid. ἐπεδείκνυε γὰρ ὅτι παρὰ Πλάτωνι κεῖται τὰ τῶν Στωικῶν δόγματα.

f) DIOGEN. LAERT. Prooem. ſeg. 21. SVIDAS v. ποταμών. (Adde etiam MOSHEMIVM ad CVDWORTH Syſt. intell. p. 642. *R.*

Stoicorum; ita vt, annotante viro eruditiſſimo g), cum alii philoſophi a STRABONE memorentur, nullius cuiusquam Platonici vel Academici occurrat mentio. Ex SENECA h) quoque diſcimus, nullos ſua aetate Academicos exſtitiſſe: *Itaque,* inquit, *tot familiae Philoſophorum ſine ſucceſſore deficiunt. Academici et veteres et minores nullum antiſtitem reliquerunt.* Platonica philoſophia dudum in deſuetudinem et deſpectum abierat, paucisque erat nota et culta, vsque ad Plotinum eius inſtauratorem, regnante Gallieno.

Sit ergo ratum et fixum, Philonem non ita penitus Platoni addictum, vt non alias quoque in quibusdam ſententiis amplectatur diſciplinas, nec vnquam a ſacris ſcripturis, niſi vbi illae ſilere videntur, diſcedere. Doctrina περὶ λόγου nonnullis videtur Platoniſmi meri indicium, caeterum auſim affirmare eam non e Gentili philoſophia, verum ex Hebraeorum libris effluxiſſe.

Nihil ille de verbo aeterno pronunciauit, quod ſcriptores ſuae gentis non affirmauerant, nec euangeliorum auctores confirmarunt. Multumque adeo pertinet ad fidem orthodoxam et defendendam et illuſtrandam, diſtincte ſcire, et quid ſenſerit Noſter, et vndenam ſententiam ſuam hauſerit. Etenim ſi Philo Iudaeus, haud paucis

 annis

g) BALTVS defenſe de SS. Peres accuſéz de Platoniſme. Liv. I. c. 11.

h) Natural. quaeſtion. L. VII. c. 32.

annis ante D. Iohannis, Pauli et Lucae ſcripta, eadem fere de hoc myſterio ſcripſerit et ſenſerit, magnum afferet praeiudicium contra hodiernos tum Iudaeos tum Vnitarios. Non tamen illi iudicis auctoritatem deferimus; eſt vero et in aeternum erit ſententiae quam Iudaei de Verbo ante Chriſtum natum tenuerunt, teſtis idoneus et firmiſſimus. Cum enim neque ab Eccleſia Iudaica fuerit apoſtata, neque ad Chriſtianam, quae ſane vixdum erat, transfuga, teſtimonium eius inter vtramque ſummum pondus habeat neceſſe eſt. Quocirca bene de eo ſic ISIDORVS PELVSIOTA i): *ὡς καὶ Φίλωνα καίτοι Ἰȣδαῖον ὄντα καὶ ζηλωτὴν, δι' ὧν ἀπολέλοιπε συγγραμμάτων ἀπομαχέσασθαι τῇ οἰκείᾳ θρησκείᾳ. — — ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἐξεβιάσθη τὸν τȣ̃ θεȣ̃ λόγον θεολογῆσαι. Τί γὰρ εἰ καὶ δεύτερον τὸν συναΐδιον τῷ πατρὶ — καλεῖ, τῆς ἀκριβείας μὴ ἐφικνȣ́μενος, Ὅμως ἔννοιαν ἔσχε καὶ ἑτέρȣ προσώπȣ.* Vbi duo ſuggerit nobis eruditus pater: Philonem doctrinam ſuam qualemcunque de Verbo e litteris ſacris hauſiſſe; dein dicta eius, licet non penitus cum fide Chriſtiana conſentiant, contra Iudaeos tamen alterius perſonae, ſeu Verbi perſonalitatis fidem facere.

Reſtat vero vt Philonis placita, quaecunque ſunt, *περὶ λόγȣ* proferamus *). Primo igitur Verbum

i) Lib. II. Epiſt. 143.

*) **Quae de *λόγῳ* Philonis Mangeius ſatis prolixe et auctoris fautor egit, maxima ex parte non omnibus,**

bum personam vere subsistentem et agentem, et vt D. Ignatius loquitur, ὑσιώδη esse docet. Eum enim appellat τὸ ἀρχέτυπον παράδειγμα, ἰδέαν τῶν ἰδεῶν, de Mundi Opific. p. 5. (nostrae p. 14.) quae voces maxime substantiam et personalitatem significant. Sic enim ex Didymo discimus apud EVSEBIVM k) ἔιναι δὲ τὴν ἰδέαν αἴδιον ὑσίαν. Sane enim obseruandum vocem λόγον apud antiquos aliquid aliud praeter rationem internam et sermonem prolatum innuere. Vsurpatur ab eis de quauis substantia intellectuali, vnde apud Philonem angeli Dei appellantur λόγοι eius, et apud Haereticos antiquissimos substantiae quaedam coelestes sic audiunt. Quibusnam dictis clarius exprimi posset personalitas, quam his quibus dicitur, *Dei filius primogenitus*, *Dei supremi imago*, *Angelorum primus et supremus*, *creaturis regendis praefectus*, *mundi vniuersi conditor*, *Deus secundus*, *et omniscius?* An

bus, nostra aetate placebunt, nec placere possunt. Vberius vero de hac materia egerunt: IOH. VAN DER WAYEN de λόγῳ Ioannis aduers. Clericum. ELL. BENOIST, aliique contra CLERICVM in Ioh. I, 1–18. IOH. FRICKIVS diss. de λόγῳ adu. Cler. IOH. LAMY de SS. Trinit. adu. Cler. Otium Vind. Met. I. pag. 124. CAMP. VITRINGA Obseru. SS. Lib. V. c. 11. p. 140. sqq. CVDWORTH et MOSHEMIVS l. c. pag. 385. 638. et 688. BRVCKER l. c. et instar omnium IOH. BENED. CARPZOV. diss. de λόγῳ Philonis non Iohanneo. Helmstad. 1749. et in Philonianis, L. VII. *P.*

k) Praep. Euangel. L. XI. c. 23.

An haec de proprietate quadam vel attributo dici possunt? Annon potius ostendunt personam quandam ἐνυπόστατον, diuinam quidem, sed a Deo Patre distinctam? Sed quo magis λόγου personalitatem agnoscas, eum sub visibili specie patriarchis apparuisse adstruit, atque adeo significat omnes ἐπιφανείας in Scripturis memoratas a Verbo vel filio esse factas. Docet *l*) enim Abrahamo et Iacobo apparuisse, illi sobolem promisisse, huic visum dormienti scalae coelesti innixum. Praecipue vero id quod in rubo Mosi apparuit pro imagine Dei, id est, Verbo suo ponit: κατὰ δὲ, inquit, μέσην τὴν φλόγα μορφή τις ἦν περικαλλεστάτη, τῶν ὁρατῶν ἐμφερὴς οὐδενὶ, θεοειδέστατον ἄγαλμα — ἣν ἂν τις ὑπετόπησεν εἰκόνα τοῦ Ὄντος εἶναι· καλείσθω δὲ ἄγγελος. Quam quidem doctrinam de filii Dei apparitionibus vniuersi fere ecclesiae sanctae patres *m*), vnico excepto D. AVGVSTINO in libris de Trinitate, amplexi videntur.

Verum insuper Noster non personalitatem modo tribuit λόγῳ, verum omnes qualescunque diuini-

l) De Allegoriis L. III. p. 120. et 130. De vit. Mos. L. I.

m) IVSTIN. Martyr. Dialog. cum Tryphon. CLEM. ALEX. Paed. Lib. I. c. 7. TERTVLL. cont. Iudaeos c. 9. ORIGEN. in Iesai. c. VI. CYPRIAN. cont. Iudaeos II, 5. EVSEB. Eccl. Hist. L. I. c. 3. et Praep. Euangel. VII, 14. CYRILL. Hieros. c. XII. THEODORET. quaest. V. in Exodum.

diuinitatis notas. Vocat enim eum *Dei imaginem*, πρεσβύτατον τῶν ὄντων, *filium primogenitum*, ἀΐδιον ἀπαύγασμα, ἀνατολὴν, *Sacerdotum summum*, *legatum*, *mediatorem*; sed praecipue notandum dicta a Nostro, lib. de Profugis: ὁ δὲ αὐτὸς ἱκέτης μέν ἐςι τῦ θνητῦ κηραίνοντος ἀεὶ πρὸς ἄφθαρτον, πρεσβευτὴς δὲ τῦ ἡγεμόνος πρὸς τὸ ὑπήκοον. — ὔτε ἀγέννητος, ὡς ὁ θεὸς, ὤν, ὔτε γέννητος, ὡς ἡμεῖς. Harum vim vocum quis non videt? Quis non hoc vnico testimonio haereticorum contra Domini nostri naturam diuinam et aeternam dimicantium, causam profligatam putabit? Militat pro Christo Philo noster, fideique Christianae contra Iudaeos, orthodoxae contra haereticos, inuicta suppeditat arma. Si D. IOHANNES, *in initio verbum fuisse, apud Deum fuisse, et Deum fuisse; omnia condidisse, lucemque porro et vitam fuisse hominum*; eadem cum illo et sensit et scripsit Philo, multis ante euangelium propagatum annis. Non noua sanctissimus Apostolus nec obscura placita edebat in vulgus, sed dogmata a patribus recepta, a Domino suo edocta, et a Spiritu diuino illustrata. Id tantum interfuit inter Apostolum et Philonem nostrum, quod hic doctrinam suam περὶ λόγυ aenigmatice et sub allegoriarum velo proferebat; ille, vtpote in multitudinis indoctae et imperitae vsum scribens, eandem verbis simplicibus et apertis praedicauit. Non diffitendum tamen est Nostrum, pro more Allegoricorum, qui non semper sibi constant, in nonnullis videri nimium quantum

λόγυ

λόγȣ diuinitatem deprimere; quae tamen ipſa ſanum et orthodoxum capere poſſunt ſenſum. Quod ſi errauerit, quid mirum hoc in Iudaeo? praedicandus magis videtur *n)*, quod tanta viderit, quam damnandus, quod non omnia. Parum aut nihil Arriani ex hisce libris in ſubſidium cauſae ſuae inuenient, et, niſi male auguror, malent et contendent Philonem pro ſpurio ſcriptore potius habendum, quam qualicunque teſte veritatis. Libet porro afferre quaedam axiomata ex Philone, quae haereticorum principiis multum aduerſari videntur. Iſti ſupponunt Chriſtum coepiſſe exiſtere, et eſſe tempus quando non erat, non θεὸν ἐκ θεȣ̃, ſed factum, et tandem ad diuinam naturam eleuatum. Quid Noſter e contra? Sic Lib. de Decem Orac. p. 190. θεὸν δὲ πρότερον ȣ̓κ ὄντα καὶ ἀπό τινος χρόνȣ γενόμενον, καὶ μὴ δικαιωνίζοντα, λέγειν ȣ̓ θέμιτον. Idem de Humanit. p. 386. γενητὸς γὰρ ȣ̓δεὶς ἀληθείᾳ θεὸς, ἀλλὰ δόξῃ μόνον, τὸ ἀναγκαιότατον ἀφῃρημένος, ἀϊδιότητα. Idem de Legat. p. 562. θᾶττον γὰρ ἂν εἰς ἄνθρωπον θεὸν, ἢ εἰς θεὸν ἄνθρωπον μεταβαλεῖν. Denique in Fragmentis ex Iohanne Monacho inedito, p. 654. θεὸν γενέσθαι δεῖ πρότερον· ὅπερ ȣ̓δὲ οἷόν τε· ἵνα θεὸν ἰσχύσῃ τις καταλα-

n) Sic de Philonis teſtimonio ISIDORUS Peluſiota L. II. p. 143. μὴ γὰρ δὴ τὴν ἀκρίβειαν ζήτει παρὰ τȣ̃ δυνηθέντος διὰ σύνεσιν ἀκριβῆ καὶ κατοπτεῦσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ δικτίᾳ ἀπομαχέσασθαι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐννόει, ὅτι εἰς ἓν πρόσωπον ȣ̓ συνέκλεισε τὴν θεολογίαν, etc.

ταλαβεῖν. Equidem cum iſtiusmodi poſitiones apud Noſtrum perlego, videor mihi manibus verſare magnum Athanaſium contra Haereticos ſui ſaeculi decertantem, eorumque verſutias repellentem.

Diſpiciendum vero, vndenam notiones has ſuas de verbo aeterno hauſerit auctor noſter. Magni ſane momenti, nec tamen difficilis admodum quaeſtio. Iudaeus erat religione, atque adeo doctrinam iſtam ſuam ex interioribus gentis ſuae litteris arripuerat. Neque enim primus ille vel effinxit, vel in lucem edidit iſta talia dogmata, ſed auctores et duces ſequebatur eos, quos pariter nos pro magiſtris agnoſcimus et ſequimur; Dauidem, Solomonem, Siracidem, auctorem Sapientiae, aliosque, tum inſpiratos, tum eruditos dogmatum ſacrorum ſcriptores. Myſterium Trinitatis diuinae a rerum initiis coepit promulgari, ſed id obſcure et gradatim; neque per imbecillitatem humanam *o*) fieri potuit, vt totum inſimul promulgaretur. Prima eius lux effulſit ex Moſis ſcriptis

o) Sic BASIL. Seleuc. Orat. XI. p. 54. οὔπω γὰρ τὴν τριάδα κηρύττειν καιρὸς, οὔπω τὰς ὑποςάσεως κηρύττειν ἠδύνατο. THEODORET. Graec. affect. Curat. ſer. II. ἐν Ἀιγύπτῳ γὰρ αὐτοὺς πλεῖςον διατρίψαντας χρόνον — οὐκ ἐναργῶς ἅπαντα τὰ περὶ τῆς τριάδος ἐξεπαίδευσε δόγματα, ἵνα μὴ πρόφασιν πολυθείας λάβωσιν. Vide etiam D. HIERONYMVM epiſt. ad Deſider. Item ad Paulum et Euſtoch. et in prooemio ad traditiones hebraicas ISIDOR. PELVS. L. II. ep. 143.

ſcriptis vbi Deus ſummus plurali numero loquens ſaepe inducitur; quae quidem loquendi ratio non vnicam ſolum perſonam eſſe diuinam, fidem facere poſſet; eiusque argumenti vis agnoſcitur aliquo modo a Philone *p*). Primus vero Dauid adhuc diſtinctius λόγȣ perſonam memorat, Pſal. XXXII, 6. τῷ λόγῳ τȣ̃ Κυρίȣ οἱ ȣ̓ρανοὶ ἐςερεώθησαν. Qui locus in hoc ſenſu vſurpatur fere ab vniuerſis ſcriptoribus antiquis. Idem, Pſal. CVI, 20. ἀπέςειλε τὸν λόγον αὐτȣ̃, καὶ ἰάσατο αὐτȣ́ς. Quo omnino reſpicere videtur auctor Sapientiae Solom. XVI, 12. ὁ σὸς, Κύριε, λόγος ὁ πάντα ἰώμενος. Neſcio annon Philo praecipue ob oculos habuit dicta Solomonis de Sapientia Prou. VIII, 22. Κύριος ἔκτισε (ex textu hebraeo, legendum ἐκτήσατο poſſedit) με ἀρχὴν τῶν ὁδῶν αὐτȣ̃ εἰς ἔργα αὐτȣ̃ — πρὸ πάντων βȣνῶν γεννᾷ με — ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν ȣ̓ρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, etc. Quis non ſub his cernere poteſt ſapientiam aeternam ſignificari vt perſonam quandam ἐνυπόςατον, diuinam quidem eam, ſed a Deo ſummo diſtinctam, ab initio et cum eo exiſtentem, mundique vniuerſi creatricem? Chriſtianis haec obuia et manifeſta, Iudaeis vero acutioribus etiam ante Chriſtum natum obſcurius ſaltem perſonam λόγȣ ſiue ſapientiae (eadem enim res vtraque voce intelligitur) ſignificare poſſent. Simili modo auctor Sapientiae Solomonis, Solomonem verum imitatus, perſonalitatem Sapientiae tribuit, cap. IX, v. 4. δός μοι τῶν σῶν θρόνων πάρεδρον

p) Lib. de Conf. Ling.

πάρεδρον σοφίαν. Idem vero ſic de Verbo, vt perſona, expreſſiſſime diſſerit, XVIII, 15. ὁ παντοδύναμός σου λόγος ἀπ' οὐρανῶν ἐκ θρόνων βασιλικῶν ἀπότομος πολεμιστὴς εἰς μέσον τῆς ὀλεθρίας ἥλατο γῆς — οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς. Vbi aduertendum eundem apparatum Verbi a D. IOHANNE deſcribi Apocal. XIX. adiicique ab eodem v. 13. καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Idem rerum vniuerſarum creationem Verbo tribuit, IX, 1. ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου. Sapientia quoque ἐνυπόστατος a SIRACIDE deſcribitur, XXIV, 5. ἐγὼ ἀπὸ στόματος ὑψίστου ἐξῆλθον, v. 7. Vt angelus, qui columnae nubis Iſraelitarum duci praefuit, ἐν ὑψηλοῖς κατεσκήνωσα, καὶ ὁ θρόνος μου ἐν στύλῳ νεφέλης. Vnde recte colligitur angelum qui viam praeiuit Hebraeis, non fuiſſe creatam naturam, ſed aeternam et diuinam; id quod aliis quoque ſcriptoribus antiquis placuiſſe deprehendimus. Denique SIRACIDES λόγον ἐνυπόστατον adſtruit his verbis, Cap. LI, 14. κύριον πατέρα τοῦ κυρίου μου. Quorum vim Grotius, nimium quantum Socinianis fauens, non alia ratione effugere nititur, quam negando eſſe genuina, verum eſſe gloſſarium quoddam a Chriſtianis in cauſae ſuae contra Iudaeos patrocinium adiectum.

Ignoſcas, lector, ex Scriptoribus quos vocant, Apocryphes argumentanti; non hac ratione deſciſco vel ab Eccleſia primaeua vel noſtra; non nimium defero libris etiam non canonicis, cum eos teſtes produco ſaeculi ſui, quo vixerunt,

 dogma-

dogmatum. Quaeſtio enim de facto iam inſtituitur, vtrum Philo ſolus et primus, vel ex proprio ingenio vel e philoſophia gentili, ſententiam de verbo hauſerit; vel ſcriptores coaetanei et antiquiores eadem ſenſerint. Quapropter non dubito etiam in partes vocare Ariſtobulum, qui ducentis fere ante Noſtrum annis eidem ſententiae adſtipulatur, Sapientiam ſeu λόγον ante mundum exiſtere docens. Sic enim ille apud EVSEBIVM, Praep. Euang. L. VII. c. 14. σαφέστερον δὲ καὶ κάλλιον τῶν ἡμετέρων προγόνων τις εἶπε Σολομῶν, αὐτὴν (σοφίαν) πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχειν. Τὸ δὲ σύμφωνόν ἐστι τῷ προειρημένῳ. Eadem vero ab eo repetuntur, Lib. XIII. c. 12. Confer vero cum Lib. VII. c. 13. Verum vt altius adſcendamus, ad auctores licet non inſpiratos, Ariſtobulo tamen ſeniores, ipſi Graeci Bibliorum interpretes quicunque fuerint, perſonalitatem λόγου adſtruxiſſe videntur, non ſolum ex locis modo citatis, quae ad litteram verterant; verum et ex paraphraſticis expoſitionibus, quales multae apud illos occurrunt, vbi a textu litterali diſcedentes, ſua quaedam afferunt. Sit exemplo Pſal. CIX, πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Vbi paraphraſtas agentes, vim textui faciunt, ſuumque ſenſum imponunt. Certe praeconceptam opinionem de ſubſiſtentia et aeternitate diuinae perſonae a Deo ſummo diſtinctae, habuerint oportet, qui ſic verterint. Idem iudicium faciendum de Ieſaiae IX, 6. καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Igitur non vereor

teor affirmare, poſſe ex verſione Graeca, ſcilicet ſenſu, quem Interpretes textui imponunt, facile colligi quam plurima alia loca, vnde innoteſcant dogmata et ritus iſtius ſaeculi, et praecipue opinio praeiudicata quam de perſonalitate et aeternitate verbi conceperunt. Poſt igitur verſionis huiusce et ſcriptorum Apócryphorum editionem, non mirum eſt traditionem de verbo ἐνυποςάτῳ vniuerſaliter apud Iudaeos obtinuiſſe; atque hinc factum quod Orphicorum *q*) carminum ſcriptor, certe Iudaeus, et vt videtur Chriſtianiſmo antiquior, talia de eo, ſub nomine ficto poetice effuderit:

— ἐις δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τȣτῳ προσέδρευε
Μȣνον δ' ἐσόρα Κοσμοῖο τυπωτήν.
— Ἀυδὴν ὀρκίζω σε πατρὸς, ἣν φθέξατο πρῶτον, etc.

Quae quidem licet ſint ſpuriâ, tamen ſaeculi iſtius ſenſum ſignificant, adéoque Philoni fidem faciunt. Quod ad Sibyllina carmina attinet, qualia iam in octo libris habemus, ea quidem non a Iudaeo efficta ſunt, ſed a Chriſtiano; quae tamen, cum ſecundo ſaeculo vel forſan primo extarent, manifeſto produnt, qualis erat Chriſtianorum primaeuorum de Verbo perſonaliter ſubſiſtente ſententia. Memoratur vero λόγος ἐνυπόςατος in Nouo Foedere ſaepius, quam vulgo videtur,

q) IVSTIN. Martyr. Paraeneſ. ad Graecos. EVSEB. Praepar. Euangel. L. XIII. c. 12. CLEM. ALEX. Strom. V.

detur, tum apud caeteros sacros scriptores, tum D. Iohannem ipsum. Huius pauca proferam exempla, Luc. I, 2. αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου. Ibi omnino intelligitur verbum r) personaliter subsistens, non ore prolatum. Ioh. V, 38. οὐκ ἔχετε τὸν λόγον αὐτοῦ μένοντα ἐν ὑμῖν. Ibi similiter significari existimo verbum personaliter subsistens; cui sensui similiter loquitur Noster Lib. de Posteritate Cain. p. 249. οἷς μὲν ὁ ψυχῆς βίος τετίμηται, λόγος θεῖος ἐνοικεῖ καὶ περιπατεῖ. Eodem sensu explicanda sunt s) Hebr. IV, 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος, etc. Huc etiam affer Act. Apostol. XX, 32. τῷ θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, Iac. I, 18. τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας. Tit. I, 3. 1. ἐφανέρωσε δὲ ἐν καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ. 1. Epist. Petr. I, 23. διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ. et praecipue 1. Epist. D. Ioh. I, 1. περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. Quinetiam in multis aliis Foederis Noui libris λόγος ἐνυπόστατος significatur, quae interpretum vulgus fugisse videntur, quae tamen accurate et sigillatim nunc recensere, nec libet, nec vacat *).

Para-

r) ATHANAS. Orat. II. contra Arrianos.

s) vid. ATHANAS. ibid. p. 503. et 539. CYRILL. cont. Iud. L. I. p. 22. et de Adorat. L. III. p. 459. THEODORET. quaest. IV. in Ios. Nec non e PHILONEM ipsum Lib. de Congressu.

*) Essent quidem non pauca in contrarium dicenda, sed nimis longe a via me abducerent. Probi doctique habebunt, quid respondeant, aliis non scripta

Paraphrases Chaldaicae, quas Targumim vocant, manifesto quoque sunt indicio, Philonem non nouum περὶ λόγου dogma protulisse. Onkelosus et Ionathan earum auctores eodem circiter, quo Noster, vixerunt saeculo. Eandem vero illi doctrinam, lingua diuersa, regionibus dissitis, tradebant. Philo Graecus Alexandrinus, cum Hebraeis in Iudaea degentibus, eadem de Verbo sentit et scribit. Quod illi λόγος, his *Memra* sonat. Tradunt illi operas inuicem mutuas, fideique de Christo testimonium egregium iunctim perhibent. Quid enim, si Philo Platonem imitatus est? fierine potuit vt itidem paraphrastae Hebraei eundem sequerentur? atque se erudiri passi essent in momenti maximi sententia, vel ex lingua quam ignorauerant, vel Gentili Philosophia quam detestati sunt? Nec poterant, nec debuerant Iudaei a tali praeceptore arripere sacrorum librorum explicationes, quae in Synagogis essent

pta sunt. Mangeius ex sui temporis circumstantiis Philonem, vt eum extolleret, satis liberaliter systemati religionis Christianae consentientem fecit. Idem fecerunt quoad Trinitatis assertionem, ALLIXIVS mox a Mangeio citandus, IOH. VAN DER WAYEN l. c. RICH. KIDDER demonstrat. Mess. P. III. c. 5. 6. BVLLVS def. fid. Nic. Sect. I. c. 6. §. 16. CVDWORTH System. intell. pag. 640. GROTIVS de Verit. Rel. Christ. Lib. V. c. 21. sed vide BRVCKERVM et MOSHEMIVM locis antea citatis. *P.*

publice vna cum Scripturis ipsis perlegendae. Dico igitur audacter, vtcunque fremant vel Iudaei vel haeretici, Paraphrastas Hebraeos et Philonem, non extrinsecus, sed ex gentis suae placitis fuisse eruditos. Doctrinam illam suam de Verbo subsistente ex iisdem vtrique hauriebant fontibus, ex libris inspiratis, ex scriptoribus Apocryphis, atque insuper publice recepta patrum suorum traditione. Quod si Iudaei posteriores eandem de Verbo sententiam non videntur amplexari, tribuendum istud vel odio aduersus Christianos, quibuscum nihil commune volunt habere, vel temporum iniuriae, quorum decursu multae eorum doctrinae interire poterant. Sic enim Maimonides More Neuoch. Part. I. c. 71. *Scito multas egregias scientias quae olim in gente nostra fuerunt de veritate istarum rerum; partim longitudine temporis, partim infidelium et stultorum populorum in nos dominatione, partim etiam, quod non cuiuis concessa erant, sicut exposuimus, periisse et in obliuionem deuenisse.* Contentus aliorum in hoc argumento laboribus supersedeo congerere loca ex paraphrasibus Chaldaicis, quibus *Memra* verbum memoratur. Qui ea sigillatim vult expendere, consulat praeter alios STEPHANVM RITTANGELIVM notis in Ietsira, quique diligentia egregia materiam hanc plane exhausit, Cl. ALLIXIVM nostratem in luculento tractatu, *Iudicio Ecclesiae Iudaicae contra Vnitarios.*

rios. Vtinam vero scriptores iam memorati nulla congessissent testimonia vel de Verbo vel Trinitate Sacrosancta ex libro vulgo dicto Sohar; qui quidem tam aperte et distincte fidei mysteria exprimit quam quiuis Christianus scriptor; est vero manifesto opus suppositititium, septimo saeculo vel forsan tardius confictum: non Simeonis Iochiadis foetus, sed Rabbini posterioris lucro feruientis figmentum. Ex hoc et Cabbalisticis quibusdam libellis eo inducti sunt nonnulli, vt Iudaeos ante Christum natum Trinitatis dogma recepisse, assererent; verum certissimum est, eos nec rem nec nomen tenuisse, neque adeo tenere potuisse. Probationes Trium Personarum Diuinarum, nobis Christianis quibus Christus est quasi clauis, Spiritus quoque Sanctus lucem ministrat, satis ex Mose et libris Propheticis patent, verum vel prorsus latebant, vel obscurius discernebantur a vulgaribus Iudaeis. Mysterium enim istud pietatis, Christo solum reuelante et Spiritu S. adiuuante, erat praedicandum et recipiendum. Consensus igitur vetustissimorum Scripturae interpretum cum Philone probat eum non Platonem, sed primaeuos gentis suae scriptores duces sequi. Immo vero non dubito affirmare Platonem ipsum ex eisdem fontibus, scilicet scripturis Hebraeis, doctrinam περὶ λόγου hausisse. Eam vero vel quod minus intelligeret, vel vt suam prorsus faceret, mirum in modum mutasse et corrupisse. De Pythagora discimus ex

publice vna cum Scripturis ipsis perlegendae. Dico igitur audacter, vtcunque fremant vel Iudaei vel haeretici, Paraphrastas Hebraeos et Philonem, non extrinsecus, sed ex gentis suae placitis fuisse eruditos. Doctrinam illam suam de Verbo subsistente ex iisdem vtrique hauriebant fontibus, ex libris inspiratis, ex scriptoribus Apocryphis, atque insuper publice recepta patrum suorum traditione. Quod si Iudaei posteriores eandem de Verbo sententiam non videntur amplexari, tribuendum istud vel odio aduersus Christianos, quibuscum nihil commune volunt habere, vel temporum iniuriae, quorum decursu multae eorum doctrinae interire poterant. Sic enim Maimonides More Neuoch. Part. I. c. 71. *Scito multas egregias scientias quae olim in gente nostra fuerunt de veritate istarum rerum; partim longitudine temporis, partim infidelium et stultorum populorum in nos dominatione, partim etiam, quod non cuiuis concessa erant, sicut exposuimus, periisse et in obliuionem deuenisse.* Contentus aliorum in hoc argumento laboribus supersedeo congerere loca ex paraphrasibus Chaldaicis, quibus *Memra* verbum memoratur. Qui ea sigillatim vult expendere, consulat praeter alios STEPHANVM RITTANGELIVM notis in Ietsira, quique diligentia egregia materiam hanc plane exhausit, Cl. ALLIXIVM nostratem in luculento tractatu, *Iudicio Ecclesiae Iudaicae contra Vnitarios.*

rios. Vtinam vero scriptores iam memorati nulla congessissent testimonia vel de Verbo vel Trinitate Sacrosancta ex libro vulgo dicto Sohar; qui quidem tam aperte et distincte fidei mysteria exprimit quam quiuis Christianus scriptor; est vero manifesto opus suppostititium, septimo saeculo vel forsan tardius confictum: non Simeonis Iochiadis foetus, sed Rabbini posterioris lucro feruientis figmentum. Ex hoc et Cabbalisticis quibusdam libellis eo inducti sunt nonnulli, vt Iudaeos ante Christum natum Trinitatis dogma recepisse, assererent; verum certissimum est, eos nec rem nec nomen tenuisse, neque adeo tenere potuisse. Probationes Trium Personarum Diuinarum, nobis Christianis quibus Christus est quasi clauis, Spiritus quoque Sanctus lucem ministrat, satis ex Mose et libris Propheticis patent, verum vel prorsus latebant, vel obscurius discernebantur a vulgaribus Iudaeis. Mysterium enim istud pietatis, Christo solum reuelante et Spiritu S. adiuuante, erat praedicandum et recipiendum. Consensus igitur vetustissimorum Scripturae interpretum cum Philone probat eum non Platonem, sed primaeuos gentis suae scriptores duces sequi. Immo vero non dubito affirmare Platonem ipsum ex eisdem fontibus, scilicet scripturis Hebraeis, doctrinam περὶ λόγυ hausisse. Eam vero vel quod minus intelligeret, vel vt suam prorsus faceret, mirum in modum mutasse et corrupisse. De Pythagora discimus ex Her-

Hermippo *t*) eum philosophiam a Iudaeis traduxisse in Graeciam; istud vero probabilius de Platone, qui serius vixit, et in Aegyptum quoque, vbi Iudaeorum ingens multitudo commorata est, profectus est. Nescio an antiqui scriptores *u*) in quoquam magis conuenerint quam de eo quod Plato e libris sacris profecerit. *Quapropter in illa peregrinatione sua*, inquit AVGVSTINVS, de Ciuit. Dei L. VIII. c. II. *nec easdem Scripturas legere quae nondum fuerant in Graecam linguam translatae qua ille pollebat; nisi forte, quia fuit acerrimi ingenii, sicut Aegyptias, ita et illas per interpretem disceret.* Atqui per aetatem Plato ipse versionem graecam forsan potuit perlegere. Solius Aristeae fide nouimus scripturarum versionem graecam sub Ptolemaeo Philadelpho fuisse primo concinnatam. Potior auctoritas ARISTOBVLI, qui aliam vetustiorem, quamque Plato secutus est, commemorat *x*), κατηκολούθηκε δὲ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος, ἕκαστα τῶν

t) ORIGEN. cont. Cels. Lib. I. p. 13. λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν.

u) IVSTIN. Martyr. Dialog. cum Tryphone. CLEM. ALEX. Paedag. Lib. II. c. I. ORIGEN. cont. Cels. Lib. VII. EVSEB. Praep. Euangel. Lib. IX. c. 7. THEODORET. de Curat. Graec. Affect. Lib. I. CYRILL. ALEX. cont. Iul. Lib. I.

x) EVSEB. Praep. Euangel. Lib. IX. c. 6.

τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. Διηρμήνευται δὲ πρὸ Δημητρίου ὑφ᾽ ἑτέρων πρὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν (forsan Μακεδόνων) ἐπικρατήσεως etc. Quinetiam si Philoni pro se testari licet y), ipse dogma istud de Verbo, non aliunde se quam de Mose depromsisse profitetur. Denique non eadem est doctrina Philosophi et Iudaei περὶ λόγου. Esto enim *quod Plato dixerit*, inquit vir eruditus z), *nonnulla περὶ λόγου, de ratione Dei qua mundum formauit, priusquam extra se produceret, an inde demonstrari potest Philonem tantummodo πλατωνίζειν? An alicubi Plato scripsit verbum Dei iam ab initio rerum versatum in terris et sub visibili forma patriarchis apparuisse?* Vt adstruit Philo in Lib. II. Allegoriarum, *vbi hunc angelum qui sobolem Abrahae promiserat vocat diuinum verbum, quod Abraham appellat Dominum suum.* Vide ibi reliqua. Concludo igitur, Philonem non de suo inuenisse, non de Gentili Philosophia arripuisse sententiam de verbo; ex eodem, quo scriptores Apocryphi, quo Aristobulus, quo Chaldaicae paraphrases, fonte, doctrinam hausit; eundem ille cum Apostolis Iohanne, Paulo et Luca λόγον ἐνυπόστατον passim adstruit; mirificus adeo horum inter se consensus, fidem veram et primaeuam in Dei filium aeternum, abunde confirmat et illustrat. Quod si Philo non de verbo, multo minus

y) Lib. de Mundi Opific. Μωσέως γάρ ἐστι τοῦτο τὸ δόγμα, οὐ τὸ ἐμόν.

z) BERNARD. LAMY diss. de Verbo Dei.

minus de Spiritu S. a Platone doctrinam accepit. Neque enim res quaeuis tam dissimiles, quam anima mundi Platonica, et Spiritus S. e sacris litteris notus. Eius natura teste Augustino *a*) Philosophos Gentiles penitus latebat.

Iudaei vetustiores *b*) etiam ante Christum, vere et sancte de Spiritus persona et munere sentiebant. Neh. IX, 20. τὸ πνεῦμα τὸ ἀγαθὸν ἔδωκας συνετίσαι αὐτούς. Iudith. XVI, 17. ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου καὶ ᾠκοδόμησε. Sap. Sol. IX, 17. βουλὴν δέ σου τίς ἔγνω εἰ μὴ σὺ ἔδωκας σοφίαν, καὶ ἔπεμψας τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστου. Eadem cum his Philo noster sensisse videtur, Lib. de mund. Opific. p. 32. (nostrae p. 92.) memorat πνεῦμα θεῖον ἀπὸ τῆς μακαρίας καὶ εὐδαίμονος ἐκείνης φύσεως ἀποικίαν ἐνθάδε στελλόμενον. Idem de specialib. Legib. p. 343. ἐπιπεφοιτηκότος καὶ ἐνοικηκότος τοῦ θείου πνεύματος. Idem de Mandato decimo a me iam primum edito, p. 356. ἐκείνης (ψυχῆς) ἐστὶ πνεῦμα τὸ θεῖον. Et ibid. τὸ δὲ ἐμφυσώμενον δῆλον ὡς αἰθέριον ἦν πνεῦμα, καὶ εἰ δή τι αἰθερίου πνεύματος κρεῖττον, ἅτε τῆς μακαρίας καὶ τρισμακαρίας φύσεως ἀπαύγασμα. Plura huius-

a) Quaest. in Exod. II. quaest. 25. *Commendatur enim fortasse trinitas, et quod verum est, summi philosophi gentium quantum in eorum litteris indagatur, sine Spiritu Sancto philosophati sunt, quamuis de Patre et Filio non tacuerint, quod etiam Didymus in libro suo meminit, quem scripsit de Spiritu S.*

b) Vid. EVSEB. Praep. Euang. L. VII. c. 15.

huiusmodi teſtimonia ſuppetunt *c*), haec vero ſufficiunt Philonis ſententiam de Spiritu oſtendere. Nec tamen vtcunque Noſter ita vel de Verbo vel de Spiritu ſenſerit, exinde ipſum formaliter Trinitatis dogma adſtruxiſſe affirmauerim. Deum ſummum, Verbum aeternum, et Spiritum diuinum ſapientiae largitorem, ſigillatim confitetur, non tamen tres perſonas ſub vna aſſociat idea, nec de earum vnione et aequalitate inſimul ita loquitur, vt inde ſacroſancti myſterii ſpecies effingi poſſit. Laudandus ille quod tam multa et tam praeclara ediderit, ignoſcendus, quod non omnia.

Reſtat iam vt breuiter de ingenio et eruditione Noſtri dicamus. Haud quisquam ſcriptor plura veterum *) elogia conſecutus eſt, videturque ſane eorum maximam partem meruiſſe. Videtur Petauio a nonnullis nimium laudatus, ſed ab aliis forſan nimium deſpectus eſt et comtemtus. A teneris annis in litteris humanioribus erat inſtitutus *d*), eosque progreſſus in eis fecit, vt diceretur EVSEBIO Hiſt. Eccl. L. II. c. 4. τῶν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν παιδείας ἐπισημότατος. Poetas Graecos

c) Vide etiam Lib. de Gigantibus p. 269. de Plantat. Noe p. 333. et de Nobilit. p. 442. etc.

*) vide POPE - BLOUNT in Cynoſur. celeb. Auctor. p. 102. ſqq. *P.*

d) De Congreſſu Quaer. Erud. Grat. p. 530. et de Special. Leg. p. 299.

Graecos *) inprimis calluit, praecipue Homerum et Euripidem, eosque quasi pro *parentibus et praeceptoribus vitae totius proponit e)*. Disciplinis quoque externis magno incubuit ſtudio, ſicut ex ipſo diſcimus *f)*, geometriae, muſicae et aſtronomiae, quam reliquis ſcientiis longe anteponit. Verum *diſciplinae huius mediae* quam vocat, vſum probe tenuit, eamque non propter ſe, ſed propter philoſophiam ad quam ducebat, ſuſpexit. Quo magis eruditioni vacaret, ſolitudinis erat impenſe amans, proque ea comparanda voluptates, opes et gloriam, tum ſpreuit tum vitauit *g)*. Superſtitioni Ethnicae fauiſſe nonnullis videtur; minus iſtud verum; nec tamen diffitendum eſt vocabula

*) Nec ſolum Poetas legiſſe videtur, quin Proſaicorum etiam lectione probe nutritus erat. De *Platone* de quid dicam, *Thucydidis* imitatorem eſſe et haberi velle HENR. GOTH. NOACH. LOESNERVS V. C. in eleganti tractatu, cui *Lectionum Philonianarum Specimen* titulum fecit, Lipſ. 1758. abunde exemplis demonſtrauit. Idem de *Demoſthene*, *Xenophonte* et *Iſocrate* ſtatuere licet. vid. §. IV. et V. Quin *tantam*, ait LOESNERVS, *conſecutus eſt graece ſcribendi facultatem, vt ſummam oſtenderet peritiam atque miraculo eſſet Atticis et certare cum optimis Graeciae auctoribus poſſet. P.*

e) Lib. Quod Omn. Prob. Lib. p. 467. *παιδευταὶ γὰρ ὗτοι σύμπαντος βίȣ· καθάπερ γονεῖς παῖδας καὶ ὗτοι τὰς πόλεις δημοσίᾳ σωφρονίζȣσιν.*

f) Loco iam citato de Congreſſu.

g) Lib. de Special. Legib. p. 299.

vocabula fabulosa et ethnica nimium quantum vsurpasse, et, praesertim in Legatione ad Caium, profanam Deorum mythologiam calculo suo specie tenus comprobasse. Verum videtur ille pro tempore tantum Ethnici personam assumsisse, et ideo de Ioue, Marte et Apolline fabulas admisisse, vt Caium se pro eis venditantem, liberius et copiosius derideret. Non defuit Philoni dogmatum et rituum sacrorum suae gentis peritia, vtpote Pharisaeo et Sacerdotali genere oriunda, adeo vt Auctoris nostri diligens perlectio magni vsus fuerit tum ad Mosaicos libros, tum etiam posteriores Mischnicos explicandos et illustrandos. Atqui viri duo eruditionis et sagacitatis egregiae, Iosephus Scaliger *b*), et Petrus Daniel Huetius, ipsum Hebraice nesciuisse existimant *), cum

b) Notis in Euseb. Chronicon. p. 57. et Origenianis.

*) Quae forte de ignorantia Philonis circa linguam ebraicam in contrarium dicenda essent, vide sis apud cl. HORNEMANNVM *in Specimine I. exercitationum critic. in versionem LXX. ex Philone*, Goetting. 1775. 8. p. 24. sqq. et adde cl. LOESNERVM l. c. qui probe calluisse ebraica Philonem statuit. Mihi media via ire, tutissimum cum Perill. MICHAELIS in comment. *de chronologia Mosis post diluuium* §. 5. videtur. Plane ignarum non dixerim. At sufficitne qualiscunque linguae notitia ad pleniorem eius inuestigationem et vsum?

Quae vero de *allegatione dictorum biblicorum* dicenda restarent, ea occupauit iam exquisito iudicio et singulari eruditionis apparatu cl. HORNEMANN

cum quibus ego plane ſentio. Iudaeis lingua hebraea dudum deſierat eſſe vernacula, Alexandriae degentibus ſolummodo graeca videtur exculta: cui forſan Ariſteae hiſtoria fidem facit; neque enim Ptolemaeus neceſſe habuiſſet interpretes e Iudaea accire, ſi ſermonis hebraei callentes Alexandriae adeſſent. Ipſe vero Noſter de lingua Syra loquitur vt ſibi prorſus ignota, lib. adu. Flaccum p. 522. Μάριν ἀποκαλούντων, οὕτως δέ φασι τὸν Κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. Hanc vero inſcitiam maxime produnt etymologiae paſſim per opera eius conſperſae, non ſolum contra grammaticae

MANN l. c. §. 6. p. 29. ſqq. Certo enim certius eſt, Philonem allegare tantum ſecundum verſionem LXX. viralem; emphaſes enim non ex ebraicis ſed graecis verbis eruit, et voces graecas explicat: vide ſis e. g. de Opif. Mund. p. 46. et p. 86. *huius edit.* Lib. I. Legis Allegor. p. 61. Lib. III. Allegor. p. 100. *edit. Mang.* De Opific. Mund. p. 7. vocem στερέωμα L. I. Alleg. p. 52. vocem Φεισὼν vel Φυσὼν· et alibi. WESSELINGIVS, quod obiter adhuc notandum eſt, etiam verſionis graecae quam Aquila confecit, veſtigia quaedam in Philone legiſſe videtur. Epiſtolam viri doctiſſimi de hac materia cum ad manus non habeam (prodiit Traj. ad Rhen. 1748. 8.), quibus argumentis vſus ſit, me neſcire fateor. Aquilae certe, ſequioris vtique aetatis, verſio in Philonis manibus eſſe non potuit. Sed fragmenta Aquilae ſaepius veram et genuinam τῶν ό lectionem antiquiorem exhibere iis forte reſtituendam, eruditi Hexaplarium ſcrutatores libenter concedent. Adde ſi lubet LOESNERVM l. c. *P.*

maticae analogiam peccantes, qua ratione Plato multoties labitur in Cratylo, verum et contra linquae hebraeae genium; vtpote ex graeco fonte nonnunquam deductae.

Egregia vero morum documenta a Philone proferuntur, ita vt vix sanctiorem Ethicam apud fide Christiana imbutos deprehendere liceat. Aurum ibi et gemmae, vtrumque sub Allegoriarum velo latentes, passim nitent atque emicant. De Deo, eiusque recto cultu, de animae humanae puritate, de virtutis praemiis praesentibus et futuris, de omni vitae officio, nec sanctius quisquam nec verius disseruit. In Decalogo explicando, morumque regulis sub quouis praecepto tradendis, perspicuum et seuerum se probat Mosis interpretem, atque ex istis primaeuos ecclesiae patres multum profecisse, licet non semper nomine appellauerint, ausim affirmare. Egregius porro, si quis alius, libertatis patriae erat assertor, pro qua occumbere praeclarum esse docet; idem pariter *i*) tyrannidis tum in praefectis tum in imperatoribus hostis infensus. Mira vero sensuum consonantia Nostrum inter et Foederis Noui scriptores; Iohannem, Iacobum, Lucam, Paulum, vel auctorem epistolae ad Hebraeos, quisquis fuit. Cumque per temporum rationes Philonis libellos perlegi possent, erant enim ab eo iam iuniore et diu ante Euangelii scripta editi, perlegisse nullos dubito. Istud passim per totam operis seriem

i) vide ipsum in Fragmentis p. 641. et 673.

feriem in locis suis annotauimus, verum vt res fiat adhuc planior, pauca exempla et huc adferre aequum duximus. Sic enim Allegor. Lib. III. pag. 127. ὁρᾷς γὰρ ὅτι ὐ καθ' ἑτέρȣ ὀμνύει θεός· ὐδὲν γὰρ αὐτȣ̃ κρεῖττον· ἀλλὰ καθ' ἑαυτȣ̃, ὅς ἐστι πάντων ἄριστος. Quibus quam consimilia occurrunt, epist. ad Hebr. VI. 3. De Argicultura, p. 301. ἐπεὶ νηπίοις μὲν ἐστι γάλα τροφή, etc. Eadem legere est Hebr. V, 13. 14. De Decem Oraculis p. 201. ἀμήχανον δὲ ἐυσεβεῖσθαι τὸν ἀόρατον ὑπὸ τῶν εἰς τȣ̀ς ἐμφανεῖς καὶ ἐγγὺς ὄντας ἀσεβȣ́ντων. D. Iohannes tum sensu tum verbis conuenit, 1. Ep. IV, 20. Idem adu. Flaccum, p. 542. καθ' ἑκάστην ἡμέραν, μᾶλλον δὲ ὥραν προαποθνήσκω. Annon haec satis bene explicant. D. Paulum I. Ep. ad Corinth XV, 31? Denique in Fragmentis ex Iohanne Damasceno, p. 649. ἀμήχανον συνυπάρχειν τὴν περὶ κόσμον ἀγάπην τῇ πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπῃ. Eadem scribuntur a D. Iohanne I. Ep. II, 15. Ex his, opinor, abunde liquere quam cognatos euangelicis sensus proferat Philo, quantumque eius diligens perlectio prodesset, tum ad obscurae Foederis Noui illustranda, tum ad dubia confirmanda.

Quod ad scripta Philonis attinet pauca restant dicenda; siquidem ad singulorum libellorum titulos quicquid opportunum erat, vel ex antiquis scriptoribus erui potuit, iam dictum est. De etiamnum editis *) cuiuis curioso satisfacere pos-

*) *Editiones Operum Philonis* numeros non excedunt Prodierunt 1) *Opu*

sit IOHANNES ALBERT. FABRICIVS in luculento tractatu de vita et scriptis Philonis, Bibl. Graec. Lib. IV. His vero adieci tractatum integrum de posteritate Caini ad Vol. I. p. 226. non ante editum, nec a viro erudito memoratum, e Codice Vaticano transcriptum, et ad me Romae transmissum cum eiusdem Codicis collatione a Cl. Fouchet

1) *Opuscula pauca Philonis latine edita a* IOH. SICHARDO *Basil.* 1527. fol. et 1534. et *in Micropresbytico* 1550. fol. Sunt autem haec: Antiquitatum Biblicarum Lib. I. Quaestionum et solutionum in Genesin L. I. De statu Essaeorum i. e. Monachorum, qui temporibus Agrippae regis monasteria sibi fecerunt Lib. I. De nominibus hebraicis, Hieronymo interprete; et Liber de Mundo interpr. Guil. Budaeo.

2) *Opera Philonis graeca*, luculentis typis et castigata *ab* ADRIANO TVRNEBO. Paris. 1552. fol.

Errata fere quadringenta in hac editione perquam nitida ex MSS. Codd. castigauit IOH. CHRISTOPHORSONVS Anglus ad calcem versionis suae librorum Philonis de mundi fabricatione, de X. praecept. de magistr. diligendo et de officio iud. Antwerp. 1553. in 4.

vid. de hac rarissima editione FREYTAGII Apparat. Litter. Tom. I. p. 610. sq. DENIS Memorab. Biblioth. Garellianae. p. 590. et de hac aliisque editionibus CATALOG. BIBLIOTH. BVNAV. Tom. III. Vol. I. p. 54.

Fouchet Eleutheropoleos episcopo in Partibus Infidelium. Quod quidem debere me grate confiteor viro, summae pariter dignitatis et humanitatis eminentissimo, Cardinali Polignac, tunc temporis Regis Christianissimi negotia Romae procuranti. Accessit huic libellus alter a Fabricio memoratus, sed antea non editus, in mandata Decalogi,

3) *Philonis scripta* (quae in Graeca Turnebi editione exstant) *latine versa a* SIGISM. GELENIO. Basil. 1554. fol. Lugd. 1561. 8.

4) *Ph. Opera Graec. et Lat. illustrata ab* ADRIAN. TVRNEBO *et* DAV. HOESCHELIO, Colon. Allobrogum. 1613. fol.

vid. Catal. Bibl. Lugduno-Batau. p. 64. DENIS l. c.

5) *Ph. O. quae exstant omnia. Ex accuratissima S. Gelenii et aliorum interpretatione, Partim ab A. Turnebo, Professore regio, e Christianissimi regis bibliotheca, partim a D. Hoeschelio ex Augustana edita et illustrata. Huic nouissimae editioni accessere variae lectiones et elegantissimus eiusdem Philonis de* Septenario *libellus, et* de prouidentia Dei *fragmenta. Cum rerum Indice locupletissimo.* Lutetiae Parisiorum MDCXL.

Laudatur et infrequentibus annumeratur libris haec Parisiensis editio in *Catal. Bibl. Solgerianae,* (quae Bibliotheca nunc publicae Norimbergensium Bibliothecae inserta est) p. 48. Tom. I. Sed mendum in anno est. Non enim 1650, sed 1640 ex αὐτοψίας prodiisse certum habeo. HAMBERGER in

calogi, octauum, nonum et decimum, addito etiam libro de Iustitia; vtrumque manu propria descripsi ex Codice perantiquo, quem Ioh. Seldenus Bibliothecae Bodleianae dono dedit, cumque versione reuerendi admodum Lincopensis Episcopi, notisque meis et emendationibus edidi Vol. II. a p. 335. ad 374. Porro cum Philo noster libros quaestionum in Genesin et Exo-

in zuverläßigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern, etiam mendo typographico 1610. prodiisse scribit p. 31. Tom. II.

6) *Ph. O.* etc. Francof. 1691. fol.

Eadem prorsus cum antecedenti editione est, cuius ectypon etiam quoad paginarum numeros constituit.

7) *Ph. O.* etc. Francofurti, sine anno; nouo tantum titulo a praecedenti differt. Editionem a. 1691. solo titulo nouo vestiuit Bibliopola. Schoettgenii praefatio et notitia e Bibliotheca Fabriciana in titulo memorata, exemplari, quod possideo, desunt.

8) *Editio Mangeiana* – de qua alibi plura.

Singulorum quorundam libellorum editiones in ipsis librorum initiis Mangeius, et ego post eum, adduximus. Repetere ergo hic eas nolui.

De *deperditis Philonis Libris*, a Mangeio omissis, in praefatione illius Tomi, qui fragmenta continebit, agam. *P.*

dum *) Eusebio teste k), scripserit, iique dudum perierint; horum congessi fragmenta ex Iohanne Damasceno et Codice inedito alterius Iohannis, eaque exstant Vol. II. p. 646. Denique, ne quid operis integritati deesset, capita integra Philonis vna cum aureo de prouidentia libello ex Eusebii Praeparatione euangelica huc contuli; adiectis insuper sententiis ex Antonio, fragmentisque aliis non contemnendis, et iam primum editis, tum ex Codice Barocciano Nro. 143. in Bibliotheca Bodleiana, tum ex Catena inedita Cod. Reg. Nro. 1825. in Bibliotheca Regis Christianissimi. Spero ergo me fidem absoluisse quam orbi litterato dederam, me, omnia Philonis quae inueniri poterant, editurum.

De editionis nostrae ratione haec, Lector, paucis accipe; vbique sequor editionem Parisiensem Philonis operum anni 1640. Quae quidem quoad textum non alia est ab editione Adriani Turnebi **), excepto quod addita est Sigismundi Gelenii

*) Laudat has quaestiones, LAMBECIVS in Commentariis de Bibl. Vindobonensi, sed tantum quoad titulum: opus ipsum ex Codice periit. vid. Comment. Tom. III. p. 210. ed. Kollarii. *P.*

k) Hist. Eccl. L. II. c. 16.

**) Nec ab ea, quae Francofurti 1691. prodiit. Quae igitur de Editis in notis et Mangeianis, et meis qualibus

Gelenii versio cum tribus tractatibus a Dauide Hoeschelio ex vnico Codice Augustano primo seorsum editis. Textum nullibi ex coniectura muto, nec ex vnius tantum Codicis Manuscripti fide, nisi Medicei, quem reliquorum omnium longe optimum esse existimo, et ex quo solo hiatus bene multos supplere in textu non dubitaui. Interpretatio magna ex parte dicti Gelenii; sed cum nonnunquam paraphrasten magis quam interpretem agit, saepiusque textum mendosum sequitur; necesse habui in quam plurimis locis mutare, quae tamen si passim pro more indicassem, notae ad nimiam sane molem creuissent. Sero tandem deprehendi maiorem me operam veteri versioni emendandae impendisse quam nouae confectio postulauerit. Libri tres de Vita Mosis Adrianum Turnebum habent interpretem, estque ea versio accurata et elegantissima; eam fere integram retinui, nisi vbi textus ipse fide Codicum, vt fit saepius, emendatur. Libelli ab Hoeschelio primum editi, scilicet, de Nominum Mutatione, secundus de Allegoriis et de Somniis Fed. Morellum professorem regium prae se ferunt interpretem. Sed versio est tam puerilis et barbara, vt eam pene totam immutauerim. Adeoque inducor vt credam nomen viri eruditi

qualibuscunque, habentur, de hisce tribus editionibus, Turnebiana, Parisiensi et Francofurtana intelligenda sunt. *P.*

in operis commendationem fuiſſe oppoſitum, quadam bibliopolarum fraude. Quod ad libellorum diſpoſitionem attinet, longe alium tenent ordinem quam in priore; ſed magis naturalem, vt puto, et ex mente Auctoris, ex cuius praecipue monitis mutationem inſtitui. Huiusce mutationis cauſas aſſigno ad cuiusque libri initium, quo igitur, ne actum agam, Lectorem refero.

In concinnando hoc opere ſubſidio vſus ſum vnius *Codicis Vaticani* Nro. 152. qui largam meſſem mihi variarum et meliorum lectionum ſuppeditauit. Item *Codicum trium ex Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi* Nro. 1895. 2250. et 2251. Quorum vltimus videtur egregiae notae Codex. Collationem *Codicis Coisliani* Nro. 43. in gratiam meam confecit, et ad me ex Gallia benigniſſime transmiſit, vir praeclare induſtriae, eruditionis et ingenii Thom. Carte. Idem manu propria tranſcriptum ad me miſit Apographum bene longum Philonis excerptorum ex *Codice Collegii Ludouici Magni* Soc. Ies. Codicis cuius titulus hicce: Ἰωάννȣ πρεσβυτέρȣ καὶ Μοναχȣ̃ τȣ̃ Δαμασκηνȣ̃ ἐκλογῶν βιβλίον. Sed excerpta alia longe videntur a Iohannis Damaſceni ſacris Parallelis. Quisquis fuit Auctor, de eo enim non liquido conſtat, eum appellamus IOHANNEM MONACHVM *ineditum*, vt ab illo Damaſceno diſtinguatur. Iſtud vero

Apogra-

Apographum magni fuit vſus mihi in emendandis et reſtituendis quam plurimis Philonis locis; eiusque exemplar editum a nobis legitur Vol. II. p. 660. Idem etiam Thom. Carte ex Catena inedita *Codicis Regii* Nro. 1825. in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi quamplurima Philonis deperdita deſcripſit, et ad me miſit; quae a nobis edita ſunt inter Fragmenta, Vol. II. p. 675. Collationem *Codicis Auguſtani*, cuius opera Hoeſchelius vſus eſt in tribus Philonis libellis edendis, ex cl. Wolfio Hamburgae comparaui. Aderant etiam quatuor Auctoris noſtri codices in Anglia, quos ego ipſe contuli. *Lincolnienſis Collegii vnus*, quem vir praeclarae pietatis et eruditionis Georgius Wheler Miles e Graecia aduexit, collegioque iſti donauit. *Secundus Bodleianus*, quem Ioh. Seldenus Bibliothecae Bodleianae donauit, e quo lectiones bene multas et inſignes habemus in libris de Legibus et tribus Virtutibus, nec non Apographum ineditorum de Decalogi praeceptis octauo, nono, et decimo. *Tertius* eſt *Collegii Noui* a Reginaldo Polo, Cardinali, donatus; codex quidem recens, vtpote deſcriptus anno MDXXXIII, ſed tamen non contemnendus; quippe qui exſcriptus eſt, vt ex nota librarii ad titulum appoſita diſcimus ex antiquiſſimo exemplari Pataui repoſito. Reſtat *quartus Cantabrigienſis, Collegii SS. Trinitatis*, qui quidem codex eſt recentior; ex eo tamen Iohannem Chriſtophorſonum, Noſtratem,

tem, valde ſuſpicor errata fere quadringenta in Adriani Turnebi editione notaſſe et correxiſſe. Denique poſtremo loco venit, ſed primo nominandus et ſuſpiciendus *Codex Mediceus* *), reliquorum omnium, vt videtur, et antiquiſſimus et praeſtantiſſimus, quem in meum vſum Cl. Antonius Cocchius medicus Florentinus, Tuſciae litteratae

*) Codicem hunc Membranaceum Num. XX. Plut. X. vberius deſcripſit ANG. MAR. BANDINIVS in *Catalogo Codd. MSS. Bibl. Medic. Laurent.* Tom. I. Graec. p. 487. eumque ab Anton. Cocchio iam a. 1733. collatum eſſe memorat ex ipſa notitia Cocchii codici praefixa. Tempus, quo codex exaratus eſt, p. 487. Saec. XIV. poſt vero p. 488. Saec. XIII. ponit Bandinius; incertus ergo, quo Saeculo affirmaret ſcriptum. Accurate et emendate, ſed minute ſcriptus eſt, eiusque ſpecimen aenea Tab. VII. Nr. IV. exhibet. Quae contineat Philonis opera, nec enim omnia habet, ſeorſim ab initio librorum indicauit Mangeius, quare hic praeterire Catalogum eorum ſatius duxi.

Hoc tantum addam, in notis a me, tunc adhuc Catalogo Bandini deſtituto, omiſſum, Librum de Opif. Mund. occurrere in Cod. XX. Pl. X. Cod. XI. Plut. LXIX. et Cod. X. Plut. LXXXV. Legis Allegoriar. Lib. I. in Codicibus iisdem. Libr. II. Cod. XI. Plut. LXIX. et Cod. X. Plut. LXXXIV.

Adſunt ſcilicet in hac egregia Medicea Bibliotheca etiam alii quorundam operum Philonis codices, quorum Bandinius l. c. mentionem fecit. Collatos eos fuiſſe in vſum Mangeii credit, hunc vero

teratae decus egregium, accuratiſſime contulit cum editis; cuiusque adeo in collatione iſta induſtriam, ſagacitatem et eruditionem lubens et gratus agnoſco. Ea vero collatio cum ſero nimis ad manus meas veniſſet, et non exigua pars operis noſtri prelum iam ſubiiſſet, neceſſe habui plurimas eius emendationes inter praetermiſſa et corri-

ro Codices non ſatis diſtinxiſſe queritur. Sed, iuuat verba ipſa ex Tom. II. cit. Bibl. Med. p. 634. apponere: *Scias velim, lector, editionem, quam tum in hoc, tum in ſequentibus Philonis Codicibus recenſendis prae manibus habuimus, illam eſſe recentiſſimam, quae curante Thoma Mangey Canonico Dunelmenſe prodiit Londini typis Guil. Bowyer MDCCXLII. duobus maximae molis voluminibus, quamque nunc tandem in Anglia, et quidem iniquiſſimo pretio nobis comparauit amicus optimus ac doctiſſimus Dau. Runckenius: cuius quidem praefationem quum ipſe legerem, comperi, quod iam ſuſpicabar Catalogi Tom. I. p. 487. ad eximii illius Codicis XX. Plut. X. exemplar, et quidem ex Antonii Cocchi memoriae nunquam interiturae viri collatione fuiſſe adornatam. Hunc enim Codicem ab editore intelligi arbitramur in Praef. pag. XVIII. vbi haec habet:* Textum — — dubitaui; (vid. ſupra praef. Mang. p. LIII.) *Non vnius tamen Medicei Codicis, ſed plurium collationes fuiſſe in eius editionis vſum comparatas crediderim. Etenim in eadem Praefatione pag. XIX. iterum Bibliothecae Mediceae meminit hisce verbis:* Denique poſtremo loco — — reiicere (vid. ſupra p. LVI.) *Quum igitur et huius antiquiſſimi Codicis, quisquis ille fuerit, colla-*

corrigenda ad calcem reiicere *). A viro etiam eruditiſſimo et admodum reuerendo Erico Benzelio Lincopenſi epiſcopo apud Suecos librum impreſſum comparaui; quem ille variis lectionibus ex Codd. Auguſtano et Seldeniano, cum nonnullis etiam coniecturis conſperſerat; ex his tum coniecturis tum annotationibus quicquid vſur-

collationes non in tempore in editoris manus, vt ipſe adfirmat, peruenerint; et in ipſo Tomi I. limine, nimirum pag. 1. in notis litt. d. [nobis p. 5. not. *e*).] *Medicei Codicis variae lectiones adferri incipiant, patet plures ex hac Bibliotheca Codices pro ipſa adornanda praeſto fuiſſe. Quod ſi, vti par erat, ipſorum numerus ac Pluteus diſtincte fuiſſet appoſitus, nihil eſſet, in quo vel collatoris, vel editoris diligentia deſiderari poſſet: id certe adfirmare poſſumus, tum hunc, quem prae manibus habemus, tum Codicem XX. Plut. X. in quibus Cocchii manus identidem occurrit, fuiſſe procul dubio conſultos.*

Meminit ſcilicet Bandinius de Codice Membranaceo Saec. XIV. ineuntis Tom. II. p. 630. ſqq. Philonis Opera quaedam complectente, Plut. LXIX. Cod. XI. De alio, nonnulla Philonis opera cum ſcholiis aliquot marginalibus Saec. XII. Cod. XXIII. Plut. X. Tom. I. p. 491. De Libris vitam Moſis continentibus, ſine Auctoris nomine. Saec. XIV. Cod. XIII. Plut. XI. Tom. I. p. 509. De omnibus fere Operibus Noſtri, Cod. X. Plut. LXXXV. Saec. XV. et XVI. Tom. III. p. 267. ſqq. *P.*

*) Haec praetermiſſa ſtatim ſuis locis inſerui. *P.*

vſurpaui, publice lectoribus notum feci; plura ex eis editurus, ni inaudiuiſſem ipſum nouae Philonis editionis ſuſcepiſſe conſilium.

Ingratitudinis vero notam ſubirem, Lector, ſi non ſingularem humanitatem viri admodum reuerendi, nec minus litteris quam dignitate conſpicui Eduardi Epiſcopi Dunelmenſis praedicarem; qui librum egregium de operibus Philonis ad ipſo conſcriptum, e quo multum me profeciſſe gratus fateor, lubens et humaniſſime communicauit. Summa etiam cum laude a me commemorandus Cl. Ieremias Markland, A. M. Collegii Sancti Petri Socius, Academiae Cantabrigienſis decus egregium, et in re critica facile princeps, cuius opera, conſilio et iudicio in toto operis decurſu perpetuo ſum vſus. Praedicandus inſuper Vir egregius, Iohannes Taylor, LL. D. cuius laboribus litteratus orbis etiamnum Lyſiam debet, mox Demoſthenem debebit. Is cum plurima tum in textu Philonis reſtituendo, tum in verſione emendanda, praeclara, qua pollet, ſagacitate animaduertiſſet, ea omnia ad me amiciſſime transmiſit.

Reſtat tandem, Lector, vt ſi qua in opere longo, vel mea vel operarum incuria irrepſerint errata, qualia quamplurima irrepiſſe fateor, ea tu in bonam partem accipias. Inſigniora in praeter-

termiſſis et corrigendis ad calcem abſterſi, quaedam forſan adhuc reſtant abſtergenda. Verum ſi quid a me vel admiſſum vel omiſſum, tribuas, oro, ſortis meae rationi, quae me in Canonicatu meo reſidentem, diu et longe ſingulis annis abeſſe a prelo inuitum coegit. Id interea pro certo habe, ſi a Viro illuſtri, penes quem ſolum fuit, ea gratia mihi fuiſſet conceſſa, quae raro aliis petentibus fuit denegata, opus hoc noſtrum et biennio citius et multo emendatius fuiſſe in lucem proditurum.

COLLATIO EDITIONVM

MANGEIANAE, PARISIENSIS ET NOSTRAE.

Mangeian.	*Nostra.*		*Paris.*	*Nostra.*	
pag. 1	pag. 1	lin. 1	pag. 1	pag. 1	lin. 1
- - 2	- - 4	- 8	- - 2	- - 4	- 12
- - 3	- - 6	- 21	- - 3	- - 6	- 22
- - 4	- - 8	- 27	- - 4	- - 10	- 4
- - 5	- - 12	- 7	- - 5	- - 12	- 19
- - 6	- - 14	- 16	- - 6	- - 16	- 7
- - 7	- - 18	- 6	- - 7	- - 18	- 26
- - 8	- - 20	- 17	- - 8	- - 22	- 14
- - 9	- - 24	- 8	- - 9	- - 26	- 2
- - 10	- - 26	- 21	- - 10	- - 28	- 14
- - 11	- - 30	- 3	- - 11	- - 32	- 7
- - 12	- - 32	- 19	- - 12	- - 34	- 23
- - 13	- - 36	- 1	- - 13	- - 38	- 5
- - 14	- - 38	- 17	- - 14	- - 40	- 20
- - 15	- - 40	- 27	- - 15	- - 44	- 9
- - 16	- - 44	- 12	- - 16	- - 46	- 23
- - 17	- - 46	- 24	- - 17	- - 50	- 16
- - 18	- - 50	- 8	- - 18	- - 52	- 28
- - 19	- - 52	- 20	- - 19	- - 56	- 11
ſtatis temporum circuitibus. Voluit enim Deus naturam perpetuo curſu agi, conſulens immortalitati generum, eisque tribuens aeternitatem. Quapropter inchoata perduxit ad finem, rurſumque finem reflexit ad initium: e plantis enim fit fructus tanquam e principio finis: et e fructu ſemen, intra ſe denuo plantam continens, tanquam e fine principium.

Quarto autem die poſt terram coelum picturis exornauit, non quod terrae id poſthaberet, dans inferiori naturae priuilegium, potiorem vero ac diuiniorem ſecundo loco ponens, ſed vt euidentiſſime imperii ſui potentiam oſtenderet. Quippe qui praevidens opiniones nondum creatorum hominum, coniecturas veriſimiles et ſpecioſas libenter ſequentium, quae multam quidem rationis ſpeciem habent, non item ſinceram veritatem: et quod rebus viſis magis credituri eſſent quam Deo, admiratores artis ſophiſticae potius quam ſapientiae: animaduertentes etiam ſolis ac lunae curſus, e quibus aeſtiuae, hybernae, vernae autumnalesque mutationes fiunt, annuorum terrae prouentuum omniumque naſcentium cauſas tribuerent ſiderum coeleſtium ambitibus: ne cui creaturae adſcribere primas cauſas auderent, ſiue per impudentiam ſiue per ignorantiam nimiam: recurrant, inquit, mentibus ad primam huius vniuerſitatis generationem, meminerint-

c) ita MS. Vat. refertur enim ad τὸ σπέρμα. Editi et Cod. A. περιέχοντος.

d) τὸ deeſt in Cod. Med.

e) καὶ deeſt in edit. P.

τὴν πρώτην τῶν ὅλων γένεσιν, f) ὅτε πρὸ g) ἡλίου καὶ σελήνης, παντοῖα μὲν φυτὰ, παντοίους δὲ καρποὺς ἤνεγκεν ἡ γῆ· καὶ θεασάμενοι ταῖς διανοίαις, ἐλπιζέτωσαν, ὅτι καὶ αὖθις οἴσει, κατὰ πρόσταξιν τοῦ πατρὸς, ὅταν αὐτῷ δοκῇ μηδὲν προσδεηθέντι τῶν κατ᾽ οὐρανὸν ἐκγόνων, οἷς δυνάμεις μὲν ἔδωκεν, οὐ μὴν αὐτοκρατεῖς· Οἷα γὰρ ἡνίοχος ἡνιῶν ἢ κυβερνήτης οἰάκων h) ἐπειλημμένος, ἄγει ᾗ ἂν ἐθέλῃ κατὰ νόμον καὶ δίκην ἕκαστα, μηδενὸς προσδεόμενος ἄλλου· i) πάντα γὰρ θεῷ δυνατά. Ἡδ᾽ ἐστὶν αἰτία, δι᾽ ἣν προτέρα μὲν ἐβλάστησε καὶ ἐχλοηφόρησεν ἡ γῆ, ὁ δ᾽ οὐρανὸς διεκοσμεῖτο αὖθις ἐν ἀριθμῷ τελείῳ, τετράδι· ἣν δεκάδος τῆς k) παντελείας οὐκ ἂν διαμάρτοι τις εἶναι λέγων ἀφορμήν τε καὶ πηγήν. ὃ γὰρ ἐντελεχείᾳ δεκὰς, τοῦτο τετρὰς, ὡς ἔοικε, l) δυνάμει· εἰ m) γοῦν οἱ ἀπὸ μονάδος ἄχρι τετράδος ἑξῆς συντεθεῖεν ἀριθμοὶ, δεκάδα γεννήσουσιν, ἥτις ὅρος τῆς ἀπειρίας τῶν ἀριθμῶν ἐστὶ, περὶ ὃν ὡς καμπτῆρα εἱλοῦνται καὶ ἀνακάμπτουσι. Περιέχει δ᾽ ἡ τετρὰς καὶ τοὺς λόγους τῶν κατὰ μουσικὴν συμφωνιῶν, τῆς τε διὰ τεττάρων καὶ διὰ πέντε καὶ διὰ πασῶν, καὶ προσέτι δὶς διὰ πασῶν, ἐξ ὧν σύστημα τὸ τελειότατον ἀπογεννᾶται. Τῆς μὲν γὰρ διὰ τεττάρων ὁ λόγος ἐπίτριτος· τῆς δὲ διὰ πέντε, ἡμιόλιος· διπλάσιος δὲ τῆς διὰ πασῶν· n) τετραπλά-

f) Sic MSS. pro ὅτι (quibus accedit Cod. A.)

g) Consimilia his habent vniuersi fere in Hexaemeron Scriptores. Basil. Homil. V. in Hexaem. Sever. Gad. Orat. 3. de Mundo Creat. Ambros. in Hexaem. L. III. c. 6. et libr. IV. c. 1.

h) Sic MSS. pro ἐνειλημμένος.

i) Nubem testium huius veritatis, ex Scriptoribus exoticis dedit Clemens Strom. V. quibus multa addi possent, si id nunc ageretur. Quodsi ad verum Deum applicetur, recte Homerus Od. δ. ψ. 237.

Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ, δύναται γὰρ ἅπαντα.

aerintque, ante solem et lunam omnigenas stirpes, omnigenosque fructus e terra proditos. Atque ita re animo perpensa sibi persuadeant, et imposterum eam prolaturam eos ex coelestis patris arbitratu, quoties ei placuerit, non expectato filiorum coelestium fauore, quibus dedit quidem potentiam, sed non plenam. Nam ipse, quemadmodum auriga habenas, aut gubernator clauum tenens, dirigit qua vult recto more ac lege singula, nullius ope indigens: omnia enim Deo possibilia. Atque haec est causa cur terra prior *germinarit, et herbam protulerit*: coelum vero post sit ornatum in numero perfecto, quaternario, quem denarii omnium absolutissimi causam fontemque vere quisquam dicat. Quod enim actu est denarius, hoc quaternarius potentia esse videtur. Si igitur ab vnitate vsque quaternarium deinceps componantur numeri, denarium conficient: qui est immensitatis numerorum terminus, ad quem ceu metam circumaguntur et se reflectunt. Quin et musicas symphoniarum rationes idem quaternarius continet, videlicet diatessaron, diapente, diapason, disdiapason, e quibus concentus fit absolutissimus. Nam diatessaron proportionem habet sesquitertiam, diapente sesquialteram, diapason duplam, disdiapason quadruplam. Eas proportio-

S. Scripturae testimonia notiora sunt quam vt hic adducantur. Optime Origenes contra Celsum L. III. δύναται καθ' ἡμᾶς πάντα ὁ θεὸς, ἅπερ δυνάμενος, τȣ̃ θεὸς εἶναι, καὶ τȣ̃ ἀγαθὸς εἶναι, καὶ σοφὸς εἶναι, ȣ̓κ ἐξίσαται. vid. cetera. Item Libr. V. BENZ.

k) Sic MSS. Med. Aug. pro παντελȣ̃ς.

l) Lucian. in Vit. Auct. ἃ σὺ δοκεῖς τέτταρα ταῦτα δέκα εἰσίν. Hieroc. in Aur. Carm. τῆς δὲ δεκάδος δύναμις ἡ δέκα. Plut. de plac. Phil. L. I. Iamblych. de vita Pythag. p. 127. Ambros. de Abr. L. II. c. 9. Marcian. Capell. L. II.

m) ȣ̃ν edit. P.

n) τετραπλάσιος - - πασῶν haec restitui ex MSS.

ραπλάσιος · δὲ τῆς δὶς διὰ πασῶν. ὓς ἅπαντας ἡ τετρὰς ἔχει o) περιλαβȣ͂σα. τὸν μὲν γȣ͂ν ἐπίτριτον ἐν τῷ τέσσαρα πρὸς τρία· τὸν δ' ἡμιόλιον ἐν τῷ τρία πρὸς δύο· τὸν δὲ διπλάσιον ἐν τῷ δύο πρὸς ἕν, ἢ τέσσαρα πρὸς δύο. τὸν δὲ τετραπλάσιον ἐν τῷ τέσσαρα πρὸς ἕν. ἔςι δὲ καὶ δύναμις ἄλλη τετράδος, λεχθῆναί τε καὶ νοηθῆναι θαυμασιωτάτη· πρώτη γὰρ αὕτη τὴν τȣ͂ ςερεοῦ φύσιν ἔδειξε, τῶν πρὸ αὐτῆς ἀριθμῶν τοῖς ἀσωμάτοις ἀνακειμένων. κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἓν τάττεται τὸ λεγόμενον ἐν γεωμετρίᾳ εἶναι σημεῖον· κατὰ δὲ τὰ δύο, γραμμή· p) διότι φύσει ἐκ σημείȣ συνίςαται· ἡ γραμμὴ δὲ ἐςι μῆκος ἀπλατές. q) πλάτȣς δὲ προσγενομένȣ, γίνεται ἐπιφάνεια, ἢ τέτακται κατὰ τριάδα. ἐπιφάνεια δὲ πρὸς τὴν τȣ͂ ςερεȣ͂ φύσιν, ἑνὸς δεῖται τȣ͂ βάθȣς, ὃ προςεθὲν τῇ τριάδι, γίνεται τετράς. Ὅθεν καὶ μέγα χρῆμα συμβέβηκεν εἶναι τὸν ἀριθμὸν τȣ͂τον, ὃς ἐκ τῆς ἀσωμάτȣ καὶ νοητῆς ȣ̓σίας ἤγαγεν ἡμᾶς εἰς ἔννοιαν τριχῇ διαςατοῦ σώματος, τῇ φύσει πρῶτον αἰσθητοῦ. Ὁ δὲ μὴ συνιεὶς τὸ λεγόμενον, ἔκ τινος παιδιᾶς εἴσεται πάνυ συνήθȣς. οἱ r) καρυατίζοντες εἰώθασι τρία ἐν ἐπιπέδῳ s) προτιθέντες κάρυα, ἐπιφέρειν ἕν, σχῆμα πυραμοειδὲς ἀπογεννῶντες. τὸ μὲν οὖν ἐν ἐπιπέδῳ τρίγωνον ἵςαται μέχρι τριάδος· τὸ δὲ t) ἐπιτεθὲν τετράδα μὲν ἐν ἀριθμοῖς, ἐν δὲ u) σχήμασι πυραμίδα γεννᾷ, ςερεὸν ἤδη σῶμα. πρὸς δὲ τȣ́τοις ȣ̓δ' ἐκεῖνο ἀγνοητέον, ὅτι πρῶτος ἀριθμῶν ὁ τέτταρα, τετράγωνός ἐςιν ἰσάκις ἴσος, μέτρον δικαιοσύνης καὶ ἰσότητος. καὶ ὅτι μόνος ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ συνθέσει καὶ δυνάμει πέφυκε γεννᾶσθαι· συνθέσει μὲν, ἐκ δυοῖν καὶ δυοῖν· δυνάμει δὲ πάλιν, ἐκ τȣ͂ δὶς δύο,

o) Sic MSS. Vat. et Aug. pro παραλαβȣ͂σα. Sequens γȣ͂ν deest in edit. P.

p) διότι - - ἡ. Haec restitui ex MS. Aug. sed Vat. pro φύσει habet ῥύσει, hoc modo: διότι ῥύσει μὲν ἑνὸς, δυὰς, ῥύσει δὲ σημείȣ συνίςαται ἡ γραμμή.

q) ἀπλάτȣς habetur in edit. Par. et Francof. Sed, meo iudicio, sine sensu. P.

portiones omnes quaternio in ſe continet: ſesquitertiam in quaternario ad ternarium, ſesquialteram in ternario ad binarium, duplum in binario ad vnitatem, ſiue quaternario ad binarium, quadruplum vero in quaternario ad vnitatem. Eſt et alia vis quaternarii, dictu cogitatuque miranda. Primus enim hic ſolidi naturam oſtendit, cum praecedentes numeri incorporeis rebus dicati ſint. Nam in vnitate cenſetur punctum quod vocant geometrae, in binario linea: quia naturaliter ex puncto fit linea. Ea eſt longitudo ſine latitudine: quae vbi acceſſit, fit ſuperficies, ad ternarium pertinens. Haec quo minus ſit corpus natura ſolidum, vna deſtituitur altitudine: qua iuncta ad ternarium, fit quaternarius. Unde multum exiſtimationis contigit huic numero qui ab incorporea intelligibilique eſſentia duxit nos ad conſiderationem corporis trifariam patentis, quod ſuapte natura primum ſenſu percipitur. Id qui parum intelligit, e luſu quodam vulgato cognoſcet. Qui nucibus ludunt, ſolent poſitis prius in plano tribus, quartam ſuper imponere, in formam pyramidis. Triangulus igitur ille in plano conſiſtit intra ternarium: cui ſuperimpoſita quaternarium in numeris facit, in figuris vero pyramidem, ſolidum iam corpus. Praeterea nec illud ignorandum, quod primus numerorum quatuor, quadratus eſt aequaliter aequalis menſura aequabilitatis ac iuſtitiae: quodque ſolus ex eisdem tam additione quam poteſtate producitur. Additione ex duobus et duobus: rurſum poteſtate ex bis duobus, pulcherrimam quandam conſonantiae ſpeciem prae ſe ferens, quae nulli ineſt ex aliis numeris. Mox ſenarius

r) MSS. τὰ κάρυα παίζοντες.

s) Sic MSS. pro προσιθέντες.

t) Melius ἐπιτεθὲν ἓν, vnum vero ſuperimpoſitum. Quod certe eſt ad loci ſenſum neceſſarium. Scilicet vox ἓν pro membro vocis praecedentis ἐπιτεθὲν eſt habita.

u) σχήματι, et paucis poſt ςερρὸν edit. Par. et Franc. P.

δύο, πάγκαλόν τι συμφωνίας εἶδος ἐπιδεικνύμενος, ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν συμβέβηκεν. Αὐτίκα γοῦν ὁ ἓξ x) συντεθειμένος ἐκ δυοῖν τριάδων, οὐκ ἔτι γεννᾶται πολυπλασιασθεισῶν, ἀλλ' y) ὁ ἕτερος ὁ ἐννέα. Πολλαῖς δὲ καὶ ἄλλαις κέχρηται δυνάμεσι z) ἡ τετράς, ἃς ἀκριβέστερον καὶ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς ἰδίῳ λόγῳ προσυποδεικτέον. ἀποχρῆ δὲ κἀκεῖνο a) προσθεῖναι, ὅτι τῇ τοῦ παντὸς. οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου γενέσει γέγονεν ἀρχή. Τὰ γὰρ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ ὧν τόδε τὸ πᾶν ἐδημιουργήθη, καθάπερ ἀπὸ πηγῆς ἐρρύη, τῆς ἐν ἀριθμοῖς τετράδος· Καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἐτήσιοι ὧραι τέσσαρες, αἱ ζώων καὶ φυτῶν αἴτιαι γενέσεως, τετραχῇ τοῦ ἐνιαυτοῦ διανεμηθέντος εἰς χειμῶνα καὶ ἔαρ καὶ θέρος καὶ μετόπωρον.

Τοσαύτης οὖν ἀξιωθέντος ἐν τῇ φύσει προνομίας τοῦ λεχθέντος ἀριθμοῦ, κατ' ἀναγκαῖον ὁ ποιητὴς διεκόσμει τὸν οὐρανὸν ἐν τετράδι, παγκάλῳ καὶ θεοειδεστάτῳ κόσμῳ, τοῖς φωσφόροις ἄστροις· Εἰδώς τε ὅτι τῶν ὄντων ἄριστον τὸ φῶς ἐστὶν, ὄργανον αὐτὸ τῆς ἀρίστης τῶν αἰσθήσεων ὁράσεως ἀπέφηνεν. ὅπερ γὰρ νοῦς ἐν ψυχῇ, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν σώματι· Βλέπει γὰρ ἑκάτερος· ὁ μὲν τὰ b) ὄντα νοητὰ, ὁ δ' αὖ τὰ αἰσθητά· c) χρεῖος δ' ὁ μὲν νοῦς ἐπιστήμης, εἰς τὸ γνωρίσαι τὰ ἀσώματα· ὀφθαλμοὶ δὲ φωτὸς, εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἀντίληψιν. Ὃ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων ἀγαθῶν αἴτιον d) γέγονεν ἀνθρώποις, διαφερόντως δὲ τοῦ μεγίστου, φιλοσοφίας. Ὑπὸ γὰρ φωτὸς ἄνω e) παραπεμφθεῖσα ἡ ὅρασις, καὶ κατιδοῦσα φύσιν ἀστέρων, καὶ κίνησιν αὐτῶν ἐναρμόνιον, ἀπλανῶν τε καὶ πλανήτων εὖ διατεταγμένας περιφορὰς,

τῶν

x) Ita pro συντιθέμενος MSS.

y) verba ὁ ἕτερος desunt apud Mangeyum, reponenda vero ea ex edit. Par. et Fr. et Cod. A. putaui, tum quod in versione latina Mang. habet, tum quod nullam, vt alias solet, omissionis mentionem fecit. P.

z) ἡ deest in edit. P.

a) MSS. Vatic. et Coll. Nov. cum Christophors. habent δειχθῆναι.

rius compositus e duobus ternariis, non amplius producitur, his per se multiplicatis, sed alius, nempe nouenarius. Aliis quoque multis viribus praeditus est quaternio, quae accuratius et copiosius in proprio tractatu indicandae sunt. Nunc illud addidisse sat erit, eum totius coeli mundique generationi dedisse initium. Nam quatuor elementa ex quibus vniuersum hoc conditum est, tanquam a fonte manauerunt a numero quaternario. Atque adeo haec quatuor, quibus annus distinguitur, tempora, vnde animantes plantaeque proueniunt, cum annus quadrifariam diuidatur, in hiemem, ver, aestatem et autumnum.

Cum igitur tot priuilegiis a natura honoratus sit modo dictus numerus, necessario conditor rerum ornabat coelum, quarto die, adhibitis ornamentis pulcherrimis ac diuinissimis, hoc est stellis luciferis: et gnarus lucem esse omnium rerum praestantissimam, fecit eam instrumentum visus, sensuum excellentissimi. Quod enim mens in animo est, id oculus in corpore. Videt enim vterque: altera intelligibiles res, alter sensibiles. Indiget autem mens scientia ad noscenda incorporea, oculi vero luce ad perceptionem corporum. Quae res et ad alia multa bona profuit hominibus, et in primis ad id quod maximum est, scilicet philosophiam. Visus enim a luce deductus in superna, considerataque natura stellarum et motu earum tam concinno, tum fixarum ac erraticarum statis circuitibus, dum illae eodem semper modo

b) ὄντα restitui ex MSS.

c) χρύζει MSS. Aug. Vat. et Med.

d) γέγονεν Sic MSS. Aug. et Christoph. M. In editis et Cod. A. deest γέγονεν P.

e) sic pro πεμφθεῖσα MSS.

τῶν μὲν κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως περιπολούντων, τῶν δ᾽ ἀνομοίως τε καὶ ὑπεναντίως διτταῖς περιόδοις χρωμένων, χορείας τε πάντων ἐμμελεῖς, νόμοις τῆς f) μουσικῆς τελείας διακεκοσμημένας, ἄλεκτον ἐμπαρέχει τῇ ψυχῇ τέρψιν τε καὶ ἡδονήν. Ἡ δ᾽ ἑστιωμένη θεαμάτων ἐπαλλήλων, ἐξ ἑτέρων γὰρ ἦν ἕτερα, πολλὴν ἀπληστίαν εἶχε τοῦ θεωρεῖν. εἶθ᾽, οἷα φιλεῖ, προσπεριειργάζετο, τίς ἡ τῶν ὁρατῶν δὴ τούτων οὐσία, καὶ εἰ ἀγένητοι πεφύκασιν, ἢ γενέσεως ἔλαβον ἀρχήν, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς κινήσεως, καὶ τίνες αἱ αἰτίαι δι᾽ ὧν ἕκαστα οἰκονομεῖται. Ἐκ δὲ τῆς τούτων g) ζητήσεως τὸ h) φιλοσοφίας συνέστη γένος, οὗ τελειότερον ἀγαθὸν οὐκ ἦλθεν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Πρὸς δὲ τὴν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἰδέαν ἐκείνην ἀπιδών, ἢ λέλεκται κατὰ τὸν ἀσώματον κόσμον, ἐδημιούργει τοὺς αἰσθητοὺς ἀστέρας, ἀγάλματα θεῖα καὶ περικαλλέστατα, οὓς ὥσπερ ἐν ἱερῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῆς σωματικῆς οὐσίας ἵδρυε, τῷ οὐρανῷ, πολλῶν χάριν· ἑνὸς μέν, τοῦ φωσφορεῖν· ἑτέρου δέ, σημείων· εἶτα, καιρῶν τῶν περὶ τὰς ἐτησίους ὥρας· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ἡμερῶν, i) νυκτῶν, μηνῶν, ἐνιαυτῶν, ἃ δὴ καὶ μέτρα γέγονε χρόνου, καὶ τὴν ἀριθμοῦ φύσιν ἐγέννησεν. Οἵαν δ᾽ ἕκαστον τῶν εἰρημένων χρείαν τε καὶ ὠφέλειαν παρέχεται, δῆλον μὲν ἐκ τῆς ἐνεργείας, πρὸς δ᾽ ἀκριβεστέραν κατάληψιν, οὐκ ἄτοπον ἴσως καὶ λόγῳ τἀληθὲς ἰχνηλατῆσαι. Τοῦ δὴ σύμπαντος χρόνου διανεμηθέντος εἰς δύο τμήματα, ἡμέραν τε καὶ νύκτα, τῆς μὲν ἡμέρας τὸ κράτος ὁ πατὴρ ἀνεδίδου τῷ ἡλίῳ, οἷα μεγάλῳ βασιλεῖ· τῆς δὲ νυκτὸς τῇ σελήνῃ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἄλλων ἀστέρων. Τὸ δὲ μέγεθος τῆς περὶ τὸν ἥλιον δυνάμεως τε καὶ ἀρχῆς, ἐμφανεστάτην πίστιν ἔχει τὴν λεχθεῖσαν ἤδη. Εἷς γὰρ ὢν καὶ μόνος, ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ αὑ-

τὸν

f) vid. dicta de Musica Pythagor. coelesti infra L. de Mig. p. 415. ed. Franc.

g) ita pro συζητήσεως MS. Vat.

h) vid. Platonem in Timaeo p. 47. in Phaedone p. 81. et in Phaedro p. 250. Plutarch. de Placit. Phil. L. IV. c. 14. Diog.

modo circumferuntur, haec vero dissimiliter et in contrarium duplici cursu vtuntur: ad haec choreasque omnium apte modulatas et ad musicae leges pulchre compositas, ineffabilem delectationem voluptatemque in animo excitat: atque ita inescatus aliis atque aliis spectaculis (nam vnum ex alio nascitur) nullam contemplandi satietatem sensit. Post haec, ut fieri solet, vlterius procedente curiositate scrutatur quaenam sit rerum harum visibilium essentia: et vtrum generatae sint, an nullum habuerint initium: quisue modus sit motus earum, quaeue causae quibus dispensantur singula. Ex huiusmodi vero disquisitionibus philosophia nata est, qua nullum perfectius bonum introiuit uitam hominum. Caeterum opifex respiciens ad intelligibilis lucis ideam, de qua dictum est in mentione mundi incorporei, condidit has sensibiles stellas, simulacra diuina et pulcherrima, quas tanquam in templo coelo, purissima corporeae essentiae parte collocauit multis de causis. Primum lucis inferendae gratia, deinde signorum, tum temporum quibus annus distinguitur, postremo dierum, noctium, mensium, annorum, quae sunt mensurae temporis, et ex quibus nata est natura numeri: quem autem singula haec vsum, quamue vtilitatem praebeant, liquet ex eorum effectibus, sed quo diligentius animaduertantur, non alienum fortasse fuerit etiam disserendo veritatem vestigare. Cum vniuersum tempus distributum sit in duas partes, diem et noctem, diei praefecit pater ille solem tanquam magnum regem: nocti vero lunam cum caeterarum stellarum multitudine: praecellentiam autem virtutis ac potestatis solaris praeclare confirmant quae modo dicta sunt. Vnus enim cum sit et

Diog. Laert. in Pythag. §. 29. Gell. L. V. c. 16. Quinct. institt. L. X. c. 2. Philonemque ipsum infra de Leg. Spec. p. 330. Franc. Ed.

l) νυκτῶν restitui ex fide MSS. Aug. et Christoph.

τὸν ἥμισυ τμῆμα τοῦ σύμπαντος χρόνου κεκλήρωται, τὴν ἡμέραν, οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες μετὰ σελήνης θάτερον, ὃ κέκληται νύξ. Καὶ τοῦ μὲν ἀνατείλαντος, αἱ φαντασίαι τῶν τοσούτων ἀστέρων οὐκ ἀμαυροῦνται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφανίζονται τῇ τοῦ φέγγους ἀναχύσει· καταδύντος δὲ, τὰς ἰδίας k) ἐπιφανείας ἄρχονται διαφαίνειν ἀθρόοι l) καὶ τὰς ποιότητας. Γεγόνασι δὲ, ὅπερ αὐτὸς εἶπεν, οὐ μόνον ἵνα φῶς ἐκπέμπωσιν ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ ὅπως σημεῖα μελλόντων προφαίνωσιν. ἢ γὰρ ἀνατολαῖς αὐτῶν, ἢ δύσεσιν, m) ἢ ἐκλείψεσιν, ἢ πάλιν ἐπιτολαῖς καὶ ἐπικρύψεσιν, ἢ ταῖς n) ἄλλαις περὶ τὰς κινήσεις διαφοραῖς ἄνθρωποι τὰ ἀποβησόμενα στοχάζονται, καρπῶν φορὰς καὶ ἀφορίας, ζώων γενέσεις καὶ φθορὰς, αἰθρίας καὶ νεφώσεις, νηνεμίας καὶ βίας πνευμάτων, ποταμῶν πλημμύρας καὶ κενώσεις, θαλάττης ἠρεμίαν καὶ κλύδωνα, ὡρῶν τῶν ἐτησίων ὑπαλλαγὰς, ἢ θέρους o) χειμάζοντος, ἢ χειμῶνος φλέγοντος, ἢ ἔαρος μετοπωρίζοντος, ἢ μετοπώρου ἐαρίζοντος. Ἤδη δὲ καὶ p) κλόνον καὶ σεισμὸν γῆς, ἐκ τῶν κατ᾽ οὐρανὸν κινήσεων στοχασμῷ προεσήμηνάν τινες, καὶ μυρία ἄλλα τῶν q) ἀληθεστέρων· ὡς ἀψευδέστατα λελέχθαι, ὅτι εἰς σημεῖα γεγόνασιν οἱ ἀστέρες, προσέτι μέντοι καὶ εἰς καιρούς. Καιροὺς δὲ, τὰς ἐτησίους ὥρας ὑπείληφεν εἶναι. καὶ μήποτε εἰκότως; ἔννοια γὰρ καιροῦ τίς ἂν εἴη, πλὴν χρόνος κατορθώσεως; αἱ δ᾽ ὧραι πάντα τελεσφοροῦσι καὶ κατορθοῦσι, σποράς, καὶ φυτείας καρπῶν, καὶ ζώων γενέσεις τε καὶ αὐξήσεις. Γεγόνασι δὲ καὶ πρὸς μέτρα χρόνων· ἡλίου γὰρ καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων r) τεταγμέναις περιόδοις, ἡμέραι, καὶ μῆνες, καὶ ἐνιαυτοὶ συνέστησαν. Εὐ-

k) ἐπιφανείας addidi ex MSS. Aug. et Christoph.

l) καὶ τὰς haec quoque restitui fide MSS. Med. Aug. et Coll. Nov. quibus suffragatur Christoph.

m) καὶ in editis et Cod. A. loco ἢ. P.

n) ἄλλαις deest in edit. P.

o) χειμαίνοντος Cod. A. et Edit. habent. P.

p) de Pythagora narratur hoc in eius vita. Iamblych. p. 114.

ſolus, priuatim et peculiariter dimidium totius temporis ſortitus eſt, ſcilicet diem: reliquae vero omnes ſtellae una cum luna alterum dimidium, quod vocatum eſt nox: et illo exorto tot ſtellae quae apparebant, non obſcurantur ſolum, ſed euaneſcunt etiam prae ſplendore diffuſo, poſt occaſum vero eius, vno momento incipiunt oſtentare ſuas ſpecies et qualitates. Factae ſunt autem, vt ipſe ait, non ſolum ad lucem emittendam in terras, ſed etiam vt futura praeſignificent: aut enim exortu earum et occaſu deliquioue, aut emerſione occultationeue, aut aliis motuum differentiis, homines de futuris coniiciunt, et praeſagiunt copiam inopiamue fructuum, prouentum vel peſtem animantium, ſerenum et nubilum, tranquillitatem aeris et procellas ventorum, inundationes et exilitates fluminum, quietem maris et tempeſtatem, tempeſtatum anni vices praepoſteras, dum aut aeſtas hybernat, aut hyems aeſtuat, aut ver autumnum refert, aut contra autumnus vernam temperiem. Nec defuerunt qui concuſſionem terrae motumque ex coeli obſeruatione praedicerent, aliaque multa euentu certiſſimo: ita vt veriſſime dictum ſit, *in ſigna eſſe factas ſtellas atque etiam in tempora:* tempora porro de quatuor annuis tempeſtatibus intelligenda ſunt. Et quidni? tempus enim quod aliud eſſe poteſt, quam tempus rei bene gerendae? at tempeſtates anni omnia perficiunt et ad bonum euentum perducunt, ſationes et plantationes fructuum, genituras et incrementa animalium. Factae ſunt etiam ſtellae ad menſuras temporum: nam ſolis lunaeque et aliorum ſiderum recurſus, dies et menſes an-

 nos-

q) forte reſcribi poteſt ἀδηλοτέρων. Melius vero vir cl. Ier. Markland ſcribit, ἀηθεστέρων. Certe ad loci ſcopum optime. Eſtque ea vox ſaepius a Philone uſurpata. Sic infra p. 419. (ed. Franc.) ἀηθὲς τοῦ αἵματος. Ita enim MSS. pro ἀπειθές. Idem lib. adv. Fl. p. 534. (e. F.) Vnde in libro de legatione p. 579. (e. F.) pro ἀληθοῦς καινοῦ, repono ἀηθοῦς.

r) addendum forte ἀστέρων.

Εὐθύς τε, τὸ χρησιμώτατον, ἡ ἀριθμοῦ φύσις ἐδείχθη, χρόνου παραφήναντος αὐτήν. ἐκ γὰρ μιᾶς ἡμέρας, τὸ ἕν· καὶ ἐκ δυοῖν, τὰ δύο· καὶ ἐκ τριῶν, τὰ τρία· καὶ ἐκ μηνός, τὰ τριάκοντα· καὶ ἐξ ἐνιαυτοῦ, τὸ ἰσάριθμον ταῖς ἐκ δώδεκα μηνῶν ἡμέραις πλῆθος· καὶ ἐξ ἀπείρου χρόνου, ὁ ἄπειρος ἀριθμός. Εἰς τοσαύτας καὶ οὕτως ἀναγκαίας διατείνουσιν ὠφελείας αἱ τῶν κατ᾽ οὐρανὸν s) φύσεις τε καὶ κινήσεις ἀστέρων. εἰς πόσα δ᾽ ἄλλα φαίην ἂν ἔγωγε τῶν ἡμῖν μὲν ἀδηλουμένων, οὐ γὰρ πάντα τῷ θνητῷ γένει γνώριμα, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ὅλου συνεργούντων διαμονήν, ἃ θεσμοῖς καὶ νόμοις, οὓς ὥρισεν ὁ θεὸς ἀκινήτους ἐν τῷ παντί, συμβαίνει πάντη τε καὶ πάντως ἐπιτελεῖσθαι.

Γῆς δὲ καὶ οὐρανοῦ διακοσμηθέντων τοῖς προσήκουσι κόσμοις, τῆς μὲν τριάδι, τοῦ δ᾽, ὡς ἐλέχθη, τετράδι, τὰ θνητὰ γένη ζωοπλαστεῖν ἐνεχείρει, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἐνύδρων ποιούμενος ἡμέρᾳ πέμπτῃ, νομίσας οὐδὲν οὕτως ἕτερον ἑτέρῳ συγγενές, ὡς ζῴοις πεντάδα. Διαφέρει γὰρ ἔμψυχα ἀψύχων οὐδενὶ μᾶλλον ἢ αἰσθήσει· πενταχῆ δὲ t) τμητὸν αἴσθησις, εἰς ὅρασιν, ἀκοήν, γεῦσιν, ὄσφρησιν, καὶ ἁφήν. Ἑκάστῃ μέντοι προσένειμεν ὁ ποιῶν καὶ ἐξαιρέτους ὕλας, καὶ κριτήριον ἴδιον, ᾧ δικάσει τὰ ὑποπίπτοντα. χρώματα μὲν ἡ ὅρασις, φωνὰς δ᾽ ἀκοή, χυλοὺς δὲ γεῦσις, ἀτμοὺς u) δὲ ὄσφρησις, μαλακότητας δὲ καὶ σκληρότητας, καὶ ὅσα θερμὰ x) ἢ ψυχρά, λειότητάς τε καὶ τραχύτητας ἁφή. Παντοῖα οὖν ἰχθύων γένη καὶ y) κητῶν κελεύει συνίστασθαι κατὰ τόπους, z) διαφέροντα καὶ τοῖς μεγέθεσι, καὶ ταῖς ποιότησιν. ἄλλα γὰρ ἐν ἄλλοις πελάγεσιν, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ταὐτά. πλὴν οὐ πανταχοῦ πάντα διεπλάττετο· καὶ μήποτε εἰκότως; χαίρει γὰρ τὰ μὲν τεναγώδει καὶ οὐ πάνυ βαθείᾳ θαλάττῃ· τὰ δ᾽ ὑποδρόμοις καὶ λιμέσι, μήτ᾽ ἐπὶ γῆν ἀνέρπειν, μήτε πόῤῥω γῆς ἐπινήχεσθαι δυνά-

s) forte φαύσεις.
t) τμητὸν] MSS. Aug. et Chrift. διαιρετόν.
u) reſtitui hoc δὲ ex Edit. Paris. et Fr. P.

nosque conficiunt. Moxque, res vtilissima, numeri natura exstitit, tempore illam proferente. Ex vna enim die fit vnum, e duabus duo, e tribus tria, e mense triginta, ex anno tantus numerus, quantum dierum continetur duodecim mensibus: et ex infinito tempore infinitus numerus. Tantas et tam necessarias vtilitates afferunt naturae motusque stellarum coelestium: ne quid dicam de rebus nobis incognitis (nec enim mortalibus nota sunt omnia) attamen ad perpetuitatem mundi conferentibus, quae legibus a Deo praefinitis haudquaquam in vniuerso violandis semper et vbique administrantur.

Postquam autem terra et coelum suis ornamentis exculta sunt, altera tertio die, alterum (vt dictum est) quarto, mortalia genera animalium fingere aggressus est rerum opifex, exorsus ab aquatilibus die quinto, existimans nullam esse inter duo quaepiam tantam cognationem, quantam inter animalia et quinarium. Differunt enim animata ab inanimis non alia re magis quam sensu: is vero in quinque diuiditur, in visum, auditum, gustum, odoratum et tactum: quorum singulis Deus attribuit certas materias, et organa propria ad obiecta iudicanda: colores visui, voces auditui, sapores gustui, vapores odoratui, tactui vero mollicies et duricies, tum quidquid calidum est et frigidum, leue et asperum. Iussit igitur omnifaria piscium genera, cetorumque suis locis existere, tum quantitate tum qualitate inter se differentia. Sunt enim in alio mari alia, interdum etiam eadem. Nec tamen vbique omnia fingebantur, et fortasse merito: quaedam enim amant palustre ac vadosum mare, quaedam cloacas et portus, quae nec in terram prorepere, nec longe a terra natare valent: quaedam in alto

x) ἢ in editis καὶ P.
y) forte νηκτῶν, vide infra.
z) Sic MSS. pro διαφερόντων.

δυνάμενα. τὰ δὲ κατὰ μέσον καὶ βαθὺ πέλαγος διατώμενα, τὰς προκεχυμένας ἄκρας, ἢ νήσους, ἢ πέτρας ἐκτρέπεται· καὶ τὰ μὲν εὐδίᾳ καὶ γαλήνῃ σφριγᾷ, a) τὰ δὲ κλύδωνι καὶ κυματώσει. ταῖς γὰρ συνεχέσι πληγαῖς γυμναζόμενα, καὶ βίᾳ τὴν b) φορὰν ἀντωθοῦντα κρατερότερά τέ ἐστι, καὶ πιαίνεται μᾶλλον. Εὐθὺς δὲ καὶ τὰ γένη τῶν πτηνῶν ἐδημιούργει, ὡς ἀδελφὰ τῶν καθ᾽ ὕδατος· ἑκάτερα γὰρ νηκτά· μηδεμίαν ἰδέαν τῶν ἀεροπόρων ὡς ἀτελῆ καταλιπών. Ἤδη δ᾽ ὕδατος καὶ ἀέρος τὰ προσήκοντα τῶν ζώων γένη καθάπερ τινὰ κλῆρον οἰκεῖον ἀπειληφότων, πάλιν ἐκάλει τὴν γῆν, εἰς τὴν τοῦ ὑπολειφθέντος μέρους γένεσιν. Ὑπελέλειπτο δὲ μετὰ τὰ φυτά, ζώων τὰ χερσαῖα. Καί φησιν· Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ κτήνη καὶ θηρία καὶ ἑρπετὰ καθ᾽ ἕκαστον γένος. ἡ δέ, c) τὰ προσαχθέντα d) ποιεῖ, καὶ εὐθὺς ἀνίησι τῇ τε κατασκευῇ διαφέροντα, καὶ ταῖς ῥώμαις, καὶ ταῖς ἐνυπαρχούσαις βλαπτικαῖς ἢ ὠφελητικαῖς δυνάμεσιν· Ἐπὶ δὲ πᾶσιν ἐποίει τὸν ἄνθρωπον. ὃν δὲ τρόπον, μικρὸν ὕστερον ἐρῶ, πρότερον ἐκεῖνο δηλώσας, ὅτι παγκάλῳ τῷ τῆς ἀκολουθίας εἱρμῷ κέχρηται, καθ᾽ ἣν ὑφηγήσατο ζωογονίαν. e) ψυχὴ γὰρ ἡ μὲν ἀργοτάτη καὶ ἥκιστα τετυπωμένη, τῷ γένει τῶν ἰχθύων προσκεκλήρωται, ἡ δ᾽ ἀκριβεστάτη καὶ κατὰ πάντα ἀρίστη τῷ τῶν ἀνθρώπων· ἡ δ᾽ ἀμφοῖν μεθόριος, τῷ τῶν χερσαίων καὶ ἀεροπόρων. αὕτη γὰρ αἰσθητικωτέρα μέν ἐστι τῆς ἐν ἰχθύσιν, ἀμυδροτέρα δὲ τῆς ἐν ἀνθρώποις. Διὸ τῶν ἐμψύχων f) πρῶτον ἐγέννησεν ἰχθῦς, πλέον μετέχοντας σωματικῆς ἢ ψυχικῆς οὐσίας, τρόπον τινὰ ζῶα, καὶ οὐ ζῶα, κινητὰ ἄψυχα, πρὸς g) αὐτὸ μόνον

τὴν

a) MSS. Aug. τὰ δὲ ἀφρῷ τε καὶ κλύδωνι. Christoph. τὰ δὲ ποιεῖ καὶ εὐθὺς ἀνίησι, quod non capio, sed suspicor male hoc ab editore relatum esse, siquidem infra post τὸ προσαχθὲν locum habere possit; et occurrat in Cod. Aug. Benzel.

b) sic MSS. Vat. et Aug. Edit. et Cod. A. φθορὰν.

c) ita MSS. Vat. Editi τὸ προσαχθὲν. Cod. A. τὸ προσταχθὲν αὐτίκα ἀνίησι.

alto mari degentia, vitant promontoria in id procurrentia et inſulas et ſcopulos: quin et alia ſerenitate tranquillitateque delectantur, alia fluctibus et tempeſtate. Nam continuis iactationibus exercita, et vi contra impetum reluctantia, firmiora euadunt, pingueſcuntque amplius. Mox autem etiam genera volucrium creauit, tanquam germana aquatilium. Vtraque enim natatilia: nec vlla ſpecies per aërem meantium, vt imperfecta omiſſa eſt. Iamque aqua et aëre conuenientium ſibi animantium ceu ſortem adeptis, rurſum prouocatur terra ad generationis partem reliquam: reliqua autem erant poſt ſtirpes animalia terreſtria, et dixit: *Producat terra pecudes et feras et reptilia in ſuo quaeque genere.* Illa vero iuſſa exequitur et continuo emittit *Beſtias* ſtructura praeſtantes et robore, tum innatis nocendi iuuandiue viribus. Vltimus autem omnium homo creatus eſt: modum vero creationis eius paulo poſt dicam, vbi prius oſtendero, quod pulcherrimam conſequentiae ſeriem ſecutus eſt in deſcripta a ſe animalium creatione. Anima enim inertiſſima et rudiſſima generi piſcium obuenit: abſolutiſſima autem et longe optima generi hominum: caeterum inter vtraſque media generi terreſtium ac volucrium. Haec enim acutiores ſenſus habet, quam illa piſcibus indita, hebetiores tamen quam humana: ideoque primi creati ſunt piſces, corporeae plus quam animalis eſſentiae participes, quodam modo animalia et non animalia, mobilia inanima, ad ſolam corporis conſeruationem vi animali eis addita, ſicut vulgo ſalem inſpergunt carnibus, ne facile putreſiant. Poſt piſces ve-

d) *ποιεῖ καὶ εὐθὺς* haec reſtitui ex MSS. Aug. et Chriſt. M. Editi habent *αὐτίκα.* P.

e) ſic MSS. Med. Aug. et Trin. Editi *ψυχῆς.*

f) ſic MS. Med. pro *πρώτους.*

g) Sic codices omnes pro *αὐτήν.* Nec eſt quaeuis loquendi forma magis noſtro familiaris.

τὴν τῶν σωμάτων διαμονὴν h) παρασπαρέντος αὐτοῖς τȣ̃ ψυχοειδοῦς, καθάπερ φασὶ τοὺς ἅλας τοῖς κρέασιν, ἵνα μὴ ῥαδίως i) διαφθείροιντο. Μετὰ δὲ τοὺς ἰχθῦς, τὰ πτηνὰ καὶ χερσαῖα. ἤδη γὰρ ταῦτά γε αἰσθητικώτερα, καὶ διὰ τῆς κατασκευῆς ἐμφαίνοντα k) τρανοτέρας τὰς τῆς ψυχώσεως ἰδιότητας. Ἐπὶ δὲ πᾶσιν, ὡς ἐλέχθη, τὸν ἄνθρωπον, ᾧ νȣ̃ν ἐξαίρετον ἐδωρεῖτο, l) ψυχῆς τινα ψυχὴν, καθάπερ κόρην ἐν ὀφθαλμῷ. καὶ γὰρ ταύτην οἱ τὰς φύσεις τῶν πραγμάτων ἀκριβέστερον ἐρευνῶντες, ὀφθαλμȣ̃ λέγȣσιν ὀφθαλμὸν εἶναι. Τότε μὲν ȣ̃ν ἅμα πάντα συνίστατο. συνισταμένων δ᾽ ὁμȣ̃ πάντων, ἡ τάξις ἀναγκαίῳ λόγῳ ὑπεγράφετο, διὰ τὴν ἐσομένην αὖθις ἐξ ἀλλήλων γένεσιν. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος γινομένοις, τάξις ἥδε γ᾽ ἐστὶν, ἄρχεσθαι μὲν ἀπὸ τȣ̃ φαυλοτάτȣ τὴν φύσιν, λήγειν δ᾽ εἰς τὸ πάντων ἄριστον. Τὶ δὲ τȣ̃τ᾽ ἐστὶ, δηλωτέον. Τὸ σπέρμα τῶν ζώων γενέσεως ἀρχὴν εἶναι συμβέβηκε. τȣ̃θ᾽ ὡς ἔστι φαυλότατον, ἐοικὸς ἀφρῷ, θεωρεῖται· ἀλλ᾽ ὅταν εἰς τὴν μήτραν καταβληθὲν ll) ἐνστηρίσῃ, κίνησιν εὐθὺς λαβὸν, εἰς φύσιν τρέπεται. φύσις δὲ βελτίων σπέρματος· ἐπεὶ καὶ κίνησις ἠρεμίας ἐν γενητοῖς· ἡ δ᾽ οἷα τεχνίτης, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, ἀνεπίληπτος τέχνη, ζωοπλαστεῖ, τὴν μὲν ὑγρὰν ȣ̓σίαν, εἰς τὰ τȣ̃ σώματος μέλη καὶ μέρη διανέμȣσα· τὴν δὲ m) πνευματικὴν, εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, τήν τε θρεπτικὴν καὶ τὴν αἰσθητικήν. τὴν γὰρ τȣ̃ λογισμȣ̃ τανῦν ὑπερθετέον, διὰ τοὺς φάσκοντας n) θύραθεν αὐτὸν ἐπεισιέναι, θεῖον καὶ ἀΐδιον ὄντα. Οὐκȣ̃ν ἤρξατο μὲν ἀπὸ σπέρματος εὐτελȣ̃ς ἡ φύσις, ἔληξε δ᾽ εἰς τὸ τιμιώτατον, τὴν τȣ̃ ζώȣ καὶ ἀνθρώπȣ κατα-

h) melius forsan, παρεισπαρέντος.

i) Sic MSS pro φθείροιντο.

k) τρανοτέρας Suppleui ex MSS. Vat. Med. et Aug.

l) Sic MSS. Vat. et Aug. Editi ψυχῇ.

ll) MS. Med. ἐνστήριξεν ἤ. Vnde Philonem coniicio scripsisse ἐνστηριχθῇ. Estque ea melior lectio.

ro creauit volucria et terreſtria, videlicet acrioribus jam ſenſibus praedita, et animales proprietates manifeſtius habitu ipſo prae ſe ferentia. Poſtremus (vt dixi) homo creatus eſt: cui conditor mentem eximiam donauit, quae ſit ceu animae anima, quemadmodum pupilla in oculo: nam hanc quoque ſcrutatores naturae dicunt eſſe oculi oculum. Tum igitur omnia ſimul ſunt condita: in quo quidem vniuerſali opificio neceſſe erat ſeruari ordinem, propter futuram generationem aliarum rerum ex aliis. In rebus vero ſingularibus, ordo hic eſt, incipere a natura viliſſimis, deſinere vero in praeſtantiſſima omnium: id vero quid ſit, dicendum apertius; ſemen genitale eſt principium animalium: hoc eſſe viliſſimum videmus, ſpumae ſimile, caeterum vbi in vterum iniectum haeſerit, motus mox particeps, in naturam mutatur. Natura vero ſemine eſt melior, cum et motus quiete in rebus creatis. Illa vero tanquam artifex, vel vt magis proprie dicam, irreprehenſibilis ars, fingit animal ex humida eſſentia in corporis membra partesque diſtribuens: ſicut ſpiritualem eſſentiam in virtutes animae, nutritiuam et ſenſitiuam; nam de rationali nunc ſuperſedendum eſt dicere, propter eos qui aiunt eam extrinſecus aduenire cum diuina ſit et ſempiterna. Atque ita orſa eſt natura a vili ſemine, in res praeſtantiſſimas vero deſiit, animal et hominem. Idem hoc et in vniuerſi huius creatione contigit: quando enim animalia effingere placuit opifici, in ordine primi fuerunt, qui et viliſſimi, piſces: poſtremi vero, qui et optimi, homines: reliqua vero inter extremitates media, potiora priori-

m) *πνευματικὴν*, forte legendum *φυτικὴν*, de natura enim hic agitur, interque eam et *σπέρμα* inſtituitur comparatio. Sic Suidas voce *φυτικαί*. Similiter Photius in vita Pythag: *ἔχει τὴν τῶν τοιχείων φύσιν. τὴν τρεπτικὴν* (melius *θρεπτικὴν*) *καὶ αὐξητικὴν, καὶ τὴν ὁμοίως γεννητικὴν*. confr. cum Greg. Nyſſ. de Hom. Opif. cap. 8.

n) vid. dicta de anima ad p. 285. ed. Fr.

κατασκευήν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως συμβέβηκεν· ἡνίκα γὰρ o) ζῶα διαπλάττειν ἔδοξε τῷ δημιουργῷ, τὰ μὲν πρῶτα τῇ τάξει, φαυλότερά πως ἦν, ἰχθύες· τὰ δ᾽ ὕστατα, ἄριστα, ἄνθρωποι· τὰ δ᾽ ἄλλα μέσα τῶν ἄκρων, ἀμείνω μὲν τῶν προτέρων, χείρω δὲ τῶν ὑστέρων, χερσαῖα καὶ πτηνά.

Μετὰ δὴ τἄλλα πάντα, καθάπερ ἐλέχθη, τὸν ἄνθρωπόν φησι κατ᾽ εἰκόνα γενέσθαι p) θεοῦ καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, πάνυ καλῶς· ἐμφερέστερον γὰρ οὐδὲν γηγενὲς ἀνθρώπου θεῷ. Τὴν δ᾽ ἐμφέρειαν μηδεὶς εἰκαζέτω σώματος q) χαρακτῆρσι· οὔτε γὰρ ἀνθρωπόμορφος ὁ θεὸς, οὔτε θεοειδὲς τὸ ἀνθρώπινον σῶμα· ἡ δ᾽ εἰκὼν λέλεκται κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς ἡγεμόνα νοῦν. Πρὸς γὰρ ἕνα τὸν τῶν ὅλων ἐκεῖνον, ὡς ἂν ἀρχέτυπον, ὁ ἐν ἑκάστῳ τῶν κατὰ μέρος ἀπεικονίσθη, τρόπον τινὰ θεὸς ὢν τοῦ φέροντος καὶ ἀγαλματοφοροῦντος αὐτόν. Ὃν γὰρ ἔχει λόγον ὁ μέγας ἡγεμὼν ἐν ἅπαντι τῷ κόσμῳ, τοῦτον, ὡς ἔοικε, καὶ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐν ἀνθρώπῳ· r) ἀόρατός τε γάρ ἐστιν, αὐτὸς πάντα ὁρῶν, καὶ ἄδηλον ἔχει τὴν οὐσίαν, τὰς τῶν ἄλλων καταλαμβάνων· καὶ τέχναις καὶ ἐπιστήμαις πολυσχιδεῖς s) τε ἀνατέμνων ὁδοὺς, καὶ λεωφόρους ἁπάσας, διὰ γῆς ἔρχεται καὶ θαλάττης τὰ ἐν ἑκατέρᾳ φύσει διερευνώμενος· καὶ πάλιν πτηνὸς ἀρθεὶς, καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὰ τούτου παθήματα κατασκεψάμενος, ἀνωτέρω φέρεται πρὸς αἰθέρα καὶ τὰς οὐρανίους περιόδους· πλανήτων τε καὶ ἀπλανῶν t) χορείαις συμπεριποληθεὶς κατὰ τοὺς τῆς μουσικῆς u) τελείους νόμους, ἑπόμενος ἔρωτι σοφίας ποδηγετοῦντι, πᾶσαν τὴν αἰσθητὴν οὐσίαν ὑπερκύψας, ἐνταῦθα ἐφίεται τῆς νοητῆς, καὶ ὧν εἶδεν ἐνταῦθα αἰσθητῶν, ἐν ἐκείνῃ τὰ παραδείγματα καὶ τὰς ἰδέας θεασάμενος, ὑπερβάλλοντα κάλλη.

o) ζῶα suppleui ex MSS. Vat. Med. et Aug.

p) θεοῦ suppleui ex MSS. Vat. Med. Aug. et Coisl.

q) Sic MSS. Editi χαρακτῆρι.

r) vid. infra p. 1045. ed. Fr. et Hoeschelii notas ibi.

prioribus, deteriora posteriorioribus, terrestria et volucria.

Caeterum post alia omnia (vt dixi) hominem ait *iuxta imaginem Dei factum et similitudinem*, satis egregie. Nihil enim e terra genitum Deo similius homine: hanc porro similitudinem nemo aestimet figura corporis: nam neque Deus humana forma est conspicuus, neque humanum corpus refert Dei speciem. Sed dicitur imago iuxta mentem rectricem animae. Ad vnam enim illam vniuersi mentem, mens cuiusque formata quodammodo Deus corporis, ipsam circumfert et repraesentat. Sicut enim se habet magnus ille imperator ad vniuersum mundum, ita se habere videtur humana mens ad hominem: inuisibilis enim est, videns ipsa omnes res: et ignotam habet essentiam suam, cum alienas intelligat: et artibus, scientiisque multiplices aperiens vias, illasque omnes planas, vagatur terra marique, vtrumque elementum perscrutans: moxque sublimis euolans, et aërem eiusque mutationes contemplata, profert se ad aethera et coelestes motus: quin etiam circumagitata vna cum stellarum tum fixarum tum erraticarum choreis iuxta musicae perfectissimae leges, sequitur amorem sapientiae ducem: atque ita emergens supra omnem sensibilem essentiam, demum intelligibilis desiderio corripitur: illic conspicata exemplaria ideasque rerum quas hic vidit sensibilium, eximias illas pulchritudines, ebrietate quadam sobria capta, tanquam corybantes lymphatur, alio plena amore longe

s) τε et sequens καὶ desunt in Edit. et Cod. A. R.

t) sic MSS. editi (et Cod. A.) χοϱείας.

u) lege. τελείας, sic enim supra p. 34. l. 3. νόμοις τῆς μουσικῆς τελείας διακεκοσμημένας.

λη, x) μέθῃ νηφαλίῳ καταχεθεὶς, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες, ἐνθουσιᾷ, y) ἑτέρου γεμισθεὶς ἱμέρου καὶ πόθου βελτίονος, ὑφ᾽ οὗ πρὸς τὴν ἄκραν ἀψῖδα παραπεμφθεὶς τῶν νοητῶν, ἐπ᾽ αὐτὸν ἰέναι δοκεῖ τὸν μέγαν βασιλέα. Γλιχομένου z) δὲ ἰδεῖν, θείου φωτὸς ἄκρατοι καὶ ἀμιγεῖς αὐγαὶ χειμάῤῥου τρόπον a) ἐκχέονται, ὡς ταῖς μαρμαρυγαῖς τὸ τῆς διανοίας ὄμμα σκοτοδινιᾶν. Ἐπεὶ δ᾽ οὐ σύμπασα εἰκὼν ἀρχετύπῳ παραδείγματι ἐμφερὴς, πολλαὶ δ᾽ εἰσὶν ἀνόμοιοι, προσεπεσημήνατ᾽ εἰπὼν, τῷ κατ᾽ εἰκόνα, τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν, εἰς ἔμφασιν ἀκριβοῦς ἐκμαγείου τρανὸν τύπον ἔχοντος.

Ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις οὐκ ἀπὸ σκοποῦ, τί δήποτε τὴν ἀνθρώπου μόνου γένεσιν, οὐχ ἑνὶ δημιουργῷ καθάπερ τἄλλα ἀνέθηκεν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ πλείοσιν. Εἰσάγει γὰρ τὸν πατέρα b) τῶν ὅλων ταυτὶ λέγοντα, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν. Μὴ γὰρ χρεῖός ἐστιν, εἴποιμ᾽ ἂν, οὑτινοσοῦν, ᾧ πάντα ὑπήκοα; ἢ τὸν μὲν οὐρανὸν ἡνίκα ἐποίει καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, οὐδενὸς ἐδεήθη τοῦ συνεργήσοντος, c) ἄνθρωπον δὲ βραχὺ ζῶον οὕτω καὶ ἐπίκηρον, οὐχ οἷός τε ἦν δίχα συμπράξεως ἑτέρων, αὐτὸς d) ἀφ᾽ ἑαυτοῦ κατασκευάσασθαι; Τὴν μὲν οὖν ἀληθεστάτην αἰτίαν, θεὸν ἀνάγκη μόνον εἰδέναι. τὴν δ᾽ εἰκότι στοχασμῷ πιθανὴν καὶ εὔλογον εἶναι δοκοῦσαν, οὐκ ἀποκρυπτέον. Ἔστι δ᾽ ἥδε· τῶν ὄντων, τὰ μὲν οὔτε ἀρετῆς οὔτε κακίας μετέχει, ὥσπερ φυτὰ καὶ ζῶα ἄλογα· τὰ μὲν, ὅτι ἄψυχά τε ἐστι καὶ ἀφαντάστῳ φύσει διοικεῖται· τὰ δ᾽, ὅτι e) καὶ νοῦν καὶ λόγον f) ἐκτέτμηται· κακίας δὲ καὶ ἀρετῆς, ὡς ἂν οἶκος,

x) Porphyr. de Abstin. 2. §. 20. τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν· νηφάλια δ᾽ ἐστὶν τὰ ὑδρόσπονδα. Benz.

y) ἑτέρου additur δὲ in Cod. Med. Forsan a Philone scriptum δή. Sequentia vero sic lubens reponerem: ἑτέρῳ δαμασθεὶς ἱμέρῳ καὶ πόθῳ βελτίονι. Sic enim infra noster p. 27. l. 30.

z) δὲ additur in Cod. Med. τοῦτον et pro θείου habet ἀθρόου.

longe meliore, a quo ad ſummum faſtigium adducta rerum intelligibilium, ad ipſum magnum regem videtur tendere: tum vero in videndi cupidam puriſſimus ac meriſſimus diuinae lucis radius more torrentis effunditur, ita ut ad eum ſplendorem caliget mentis oculus. Sed quoniam non quaeuis imago refert exemplar archetypum, ſuntque multae diſſimiles, poſt haec verba IVXTA IMAGINEM, additum eſt ſignificantius ET SIMILITVDINEM, vt intelligatur expreſſum ſimulacrum, formam habens euidentiſſimam.

Merito autem quis miretur cur ſolius hominis creationem non vni tribuunt opifici, ſed pluribus. Introducit enim propheta patrem huius vniuerſitatis dicentem haec: *Faciamus hominem iuxta imaginem noſtram et iuxta ſimilitudinem.* Dicat aliquis: numquid opus eſt quopiam ei, cui obediunt omnia? an cum coelum faceret, terram et maria, nullo egebat cooperatore: hominem vero tam paruum animal ac fragile facturus, non poterat absque alieno adiutorio ſuiſmet ipſe viribus effingere? Huius rei cauſam veriſſimam neceſſe eſt Deum ſolum ſcire: caeterum quae per coniecturas ſpecioſas et probabiles videtur rationi conſentanea, non eſt caelanda. Eſt autem haec: rerum quae ſunt in natura, aliae nec virtutis participes cenſentur nec vitii, vt ſtirpes et bruta: illae quia inanimae, et a natura reguntur ſenſus expertes: haec quia carent mente ac ratione: vitii vero ac virtutis tanquam domicilium videtur mens et ratio, in quibus

a) ἐκχέονται] in MS. Med. additur: ἐπικλύωσιν, ἐπιδίδωσιν αὐτῷ τὸ φῶς ὁ θεός.

b) τῶν ὅλων deſunt MSS.

c) καὶ inſerunt editi. P.

d) ὑφ' in editis et Cod. A. P.

e) καὶ deeſt in edit. P.

f) Codices nonnulli ὃ κέκτηται. ſed nil videtur mutandum.

κος, νοῦς καὶ λόγος, οἷς g) αὐταὶ πεφύκασιν ἐνδιαιτᾶσθαι. τὰ δ᾽ αὖ μόνης κεκοινώνηκεν ἀρετῆς, ἀμέτοχα πάσης ὄντα κακίας, ὥσπερ οἱ ἀστέρες. Οὗτοι γὰρ ζῶά τε εἶναι λέγονται, καὶ h) ζῶα νοερά. μᾶλλον δὲ νοῦς i) αὐτῶν ὁ ἕκαστος, ὅλος δι᾽ k) ὅλων σπουδαῖος, καὶ παντὸς ἀνεπίδεκτος κακοῦ. Τὰ δὲ τῆς μικτῆς ἐστι φύσεως, ὥσπερ ἄνθρωπος, ὃς ἐπιδέχεται τἀναντία, φρόνησιν καὶ ἀφροσύνην, σωφροσύνην καὶ ἀκολασίαν, ἀνδρείαν καὶ δειλίαν, δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, καὶ συνελόντι l) φάναι, ἀγαθὰ καὶ κακὰ, m) καλὰ καὶ αἰσχρὰ, ἀρετὴν καὶ κακίαν. Τῷ δὴ πάντων πατρὶ θεῷ, τὰ μὲν σπουδαῖα δι᾽ αὐτοῦ μόνου ποιεῖν οἰκειότατον ἦν, ἕνεκα τῆς πρὸς αὐτὸν συγγενείας. τὰ δὲ ἀδιάφορα, οὐκ ἀλλότριον, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τῆς ἐχθρᾶς αὐτῷ κακίας ἀμοιρεῖ. τὰ δὲ μικτὰ, πῇ μὲν οἰκεῖον, πῇ δ᾽ ἀνοίκειον· οἰκεῖον μὲν, ἕνεκα τῆς ἀνακεκραμένης βελτίονος ἰδέας· ἀνοίκειον δὲ, ἕνεκα τῆς ἐναντίας καὶ χείρονος. Διὰ τοῦτο ἐπὶ μόνης τῆς ἀνθρώπου γενέσεώς φησιν, ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον· ὅπερ n) ἐμφαίνει o) συμπαράληψιν ἑτέρων, ὡς ἂν συνεργῶν, ἵνα ταῖς μὲν ἀνεπιλήπτοις βουλαῖς τε καὶ πράξεσιν ἀνθρώπου κατορθοῦντος, ἐπιγράφηται p) ὁ θεὸς ὁ πάντων ἡγεμών· ταῖς δ᾽ ἐναντίαις ἕτεροι τῶν ὑπηκόων. Ἔδει γὰρ ἀναίτιον

g) αὐταὶ restitui ex MSS. Coisl. Aug. et Coll. Nov.

h) vitam sideribus non uno in loco tribuit noster.

i) αὐτῶν ὁ sic MSS. Coisl. Aug. Coll. Nov. et Christophor. Editi αὐτός.

k) Editi ὅλου. P.

l) Edit. φράσαι. P.

m) καὶ καλὰ καὶ Editi. P.

n) ἐμφαίναι editi ἐμφαίνει Cod. A. P.

o) Deum in homine formando angelos allocutum fuisse docet Philo, cui sententiae adstipulatur Maimonides More Nevoch. p. 2. c. 6. Iudaei vero vulgo censent Deum regio stylo loquentem, pluralem ideo numerum vsurpasse. Videtur vero noster non tam ex gentis suae institutis, quam

bus ſolent haec habitare: aliae vero ſola virtute praeditae, nihil omnino habent vitii, vt ſtellae: nam hae animalia eſſe dicuntur, et quidem intelligentia: vel potius earum ſingulae mentes, totae quantae probae, nec vllius capaces vitii: rurſum aliae mixtae ex vtraque natura, vt homo, qui contrariorum eſt capax, prudentiae et imprudentiae, temperantiae et incontinentiae, fortitudinis et timiditatis, iuſtitiae et iniuſtitiae: et, vt compendio dicam, boni et mali, turpis et honeſti, virtutis et vitii: ergo conueniebat vt vniuerſalis ille pater Deus bona quidem per ſeipſum ſolum faceret, quippe ſibi cognata: ſicut nec indifferentium creatio fuit aliena ab eo, quandoquidem haec quoque expertia ſunt prauitatis Deo inuiſae. Caeterum mixtorum creatio, partim erat ei propria, partim impropria. Propria propter admixtam eis meliorem ideam: impropria vero, propter contrariam et deteriorem. Quamobrem de ſola hominis generatione ſcriptum eſt: *Dixit Deus, Faciamus hominem*: quod indicat aſſumptos alios tanquam cooperatores: vt irreprehenſibiles tam voluntates quam actiones hominis recte ſe gerentis acceptum ferantur Deo rectori omnium: contrariae vero aliis ipſi ſubditis: oportebat enim patrem non eſſe cauſam malorum ſuis filiis: malum autem eſt vitium,

quam ex doctrina Platonica in hoc loco loqui. Sic enim Plato in Timaeo, p. 69. *καὶ τῶν μὲν θείων αὐτὸς γίνεται δημιουργὸς, τῶν δὲ θνητῶν τὴν γένεσιν τοῖς ἑαυτοῦ γεννήμασι δημιουργεῖν προσέταξε.* Obiter notandum patres antiquos huncce locum adduxiſſe ad ſtabiliendum SS. trinitatis dogma, cum pater filium et ſpiritum S. alloqui videretur. Sic enim Origenes contra Celſ. libr. V, p. 257. Iuſt. Martyr. Dial. c. Tryph. Theophil. L. II. ad Autolyc. Tertull. de anima. Iren. Praef. ad L. IV. Euſeb. Eccl. Hiſt. L. I. c. 2. Theodoret. Q. 19. in Gen. Baſil. hom. IX. in hexaem. Gregor. Nyſſ. Orat. in illud: *faciamus hom.* Ambroſ. in Hexaem. L. VI. c. 7. Severian. Gabal. Orat. 3. Auguſt. de civ. Dei L. XVI, c. 6.

p) articulus in editis deeſt. P.

τιον εἶναι κακοῦ τὸν πατέρα τοῖς ἐκγόνοις· κακὸν δὲ ἡ κακία καὶ q) ἡ κατὰ κακίαν ἐνέργεια. Πάνυ δὲ καλῶς τὸ γένος ἄνθρωπον r) εἰπὼν, διέκρινε τὰ εἴδη, φήσας ἄῤῥεν τε καὶ θῆλυ δεδημιουργῆσθαι. Μήπω τῶν ἐν μέρει μορφὴν λαβόντων· ἐπειδὴ τὰ s) ἔσχατα τῶν εἰδῶν ἐνυπάρχει τῷ γένει, καὶ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ διαφαίνεται τοῖς ὀξὺ καθορᾶν δυναμένοις.

Ἐπιζητήσειε δ᾽ ἄν τις τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν t) ὕστατον ἔργον ἐστὶν ἄνθρωπος τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως· ἐφ᾽ ἅπασι γὰρ τοῖς ἄλλοις αὐτὸν ὁ ποιητὴς καὶ πατὴρ, ὡς ἱεραὶ γραφαὶ μηνύουσιν, εἰργάσατο. Λέγουσιν οὖν οἱ τοῖς νόμοις u) ἐμβαθύνοντες ἐπιπλέον, καὶ τὰ κατ᾽ αὐτοὺς, ὡς ἔνι μάλιστα, μετὰ πάσης ἐξετάσεως ἀκριβοῦντες, ὅτι τῆς αὐτοῦ συγγενείας μεταδοὺς ὁ θεὸς ἀνθρώπῳ τῆς λογικῆς, ἥτις ἀρίστη δωρεῶν ἦν, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἐφθόνησεν, ἀλλ᾽ ὡς οἰκειοτάτῳ καὶ φιλτάτῳ ζώῳ, τὰ ἐν κόσμῳ πάντα προητοιμάσατο, βουληθεὶς γενόμενον αὐτὸν μηδενὸς ἀπορῆσαι τῶν πρός τε τὸ ζῆν, καὶ τὸ εὖ ζῆν· ὧν τὸ μὲν παρασκευάζουσιν αἱ χορηγίαι καὶ ἀφθονίαι τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν, τὸ δὲ ἡ θεωρία τῶν κατ᾽ οὐρανὸν· ἀφ᾽ ἧς πληχθεὶς ὁ νοῦς, ἔρωτα καὶ πόθον ἔσχε τῆς τούτων ἐπιστήμης· ὅθεν τὸ φιλοσοφίας ἀνεβλάστησε γένος, ὑφ᾽ οὗ καίτοι θνητὸς ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀπαθανατίζεται. Καθάπερ οὖν οἱ x) ἑστιάτορες οὐ πρότερον ἐπὶ δεῖπνον καλοῦσιν, ἢ τὰ πρὸς εὐωχίαν πάντα εὐτρεπίσαι· καὶ οἱ τοὺς γυμνικοὺς καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας τιθέντες, πρὶν συναγαγεῖν τοὺς θεατὰς, εἰς τε τὰ θέατρα καὶ τὰ στάδια, εὐτρεπίζουσιν ἀγωνιστῶν καὶ θεαμάτων καὶ ἀκουσμάτων πλῆθος· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ τῶν ὅλων ἡγεμὼν, οἷά τις ἀθλοθέτης καὶ ἑστιάτωρ, ἄνθρωπον καλεῖν μέλλων ἐπὶ τε εὐωχίαν καὶ θεωρίαν, τὰ εἰς ἑκάτερον εἶδος προευτρεπίσατο· ἵν᾽ εἰς τὸν κόσμον εἰσελθὼν,

q) Sic MS. Med. Editi (et Cod. A.) αἱ — ἐνέργειαι.

r) εἰπὼν om. edit. Sed Cod. A. addit. P.

s) forte προσεχέστατα. Melius ἕκαστα.

vitium, vitiosaeque actiones. Pulchre autem cum dixisset hominem, mox discreuit species, dicens *Marem et foeminam conditos*, licet nondum sua singularibus forma contigerat, quandoquidem extremae species continentur in genere, et tanquam in speculo apparent cernentibus acutius.

Quaerat hic aliquis causam, cur vltimum operum sit homo in mundi creatione: nam post omnia alia eum conditor ac pater fecit, vt docent sacrae literae. Qui leges rimantur profundius, easque quam maxime fieri potest, excutiunt summa diligentia, dicunt, quod postquam Deus hominem in suam cognationem admisit, per rationem donum longe optimum, ne caetera quidem ei inuidit: sed vt animali familiarissimo amicissimoque, omnia quae mundo continentur praeparauit, volens vt recens creatus nulla re careret, quae ad vitam, atque adeo bene viuendum conferat: quorum alterum praestat copia vbertasque rerum ad fruendum paratarum; alterum contemplatio coelestium, qua quidem perculsa mens, amorem ac desiderium scientiae rerum huiusmodi concipit: vnde prognata est philosophia, per quam homo, quamuis mortalis, immortalitatem adipiscitur. Quemadmodum igitur conuiuatores non prius ad coenam vocant quam instructo bene conuiuio: et qui edunt ludos aut athletarum spectacula, priusquam spectatores vocati conueniant et in theatris et stadiis, parant copiam concertatorum, earumque rerum quae ad oculos auresue oblectandas pertinent: ita etiam mundi totius imperator, tanquam conuiuator ludorumue praefectus, vocaturus hominem ad conuiuium simul et spectaculum, quicquid ad vtrumque pertinebat praeparauit: vt in mundum ingres-

t) MS. Med. ὕσατος, omisso ἔργου.

u) Sic MSS. Edit. ἐμβαθύναντες (acced. Cod. A.)

x) vid. Gregor. Nyss. de hominis Opific. c. 2. Sever. Gebal. orat. 3. de creat. Cyrill. Alex. cont. Iul. L. II.

θὼν, εὐθὺς εὕρῃ καὶ συμπόσιον καὶ θέατρον ἱερώτατον τὸ μὲν ἁπάντων πλῆρες, ὅσα γῆ καὶ ποταμοὶ καὶ θάλαττα καὶ ἀὴρ φέρουσιν εἰς χρῆσίν τε καὶ ἀπόλαυσιν τὸ δὲ παντοίων θεαμάτων, ἃ καταπληκτικωτάτας μὲν ἔχει τὰς οὐσίας, καταπληκτικωτάτας δὲ τὰς ποιότητας, θαυμασιωτάτας δὲ τὰς κινήσεις καὶ χορείας, ἐν τάξεσιν xx) ἡρμοσμένας, καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίαις, καὶ περιόδων συμφωνίαις. Ἐν y) οἷς ἅπασι τὴν ἀρχέτυπον καὶ ἀληθῆ καὶ παραδειγματικὴν μουσικὴν οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἶναι λέγων· ἀφ' ἧς οἱ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι yy) ἐγγραψάμενοι ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς z) τὰς εἰκόνας, ἀναγκαιοτάτην καὶ ὠφελιμωτάτην τέχνην τῷ βίῳ παρέδοσαν. Ἥδε μὲν αἰτία πρώτη, δι' ἣν ἄνθρωπος ἐφ' ἅπασιν a) γεγενῆσθαι δοκεῖ. δευτέρα δ' οὐκ ἀπὸ σκοποῦ aa) λεκτέα. Ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τὰς εἰς τὸ ζῆν παρασκευὰς ἁπάσας εὗρεν ἄνθρωπος, εἰς διδασκαλίαν τῶν ἔπειτα· μόνον οὐκ ἄντικρυ βοώσης τῆς φύσεως, ὅτι μιμούμενοι τὸν ἀρχηγέτην τοῦ γένους, ἀπόνως καὶ ἀταλαιπώρως ἐν ἀφθονωτάτῃ διαίτῃ καὶ εὐπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων διάξουσι. b) Τοῦτο δὲ συμβήσεται, ἐὰν μήτε αἱ ἄλογοι ἡδοναὶ c) ψυχῆς δυναστεύσωσι, γαστριμαργίαν καὶ λαγνείαν ἐπιτειχίσασαι, μήτε αἱ δόξης ἢ ἀρχῆς ἢ χρημάτων ἐπιθυμίαι τὸ τοῦ βίου κράτος ἀνάψωνται, μήτε στείλωσι καὶ κάμψωσι διάνοιαν αἱ λῦπαι, μήθ' ὁ κακὸς σύμβουλος, φόβος, τὰς ἐπὶ τὰ σπουδαῖα τῶν ἔργων ὁρμὰς ἀναχαιτίσῃ, μήτ' ἀφροσύνη καὶ δειλία καὶ ἀδικία καὶ τὸ τῶν ἄλλων κακῶν ἀμήχανον πλῆθος ἐπίθηται. νυνὶ d) δὲ πάντων ὅσα λέλεκται, παρευημερησάντων, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνέδην ἐκκεχυμένων εἴς τε τὰ πάθη καὶ τὰς ἀκρατόρας καὶ ὑπαιτίους, ἃς οὐδ' εἰπεῖν θέμις, ὀρέξεις, ἀπαντᾷ δίκη προσήκουσα, τιμω-

ρὸς

xx) forsan ἡρμοσμέναις sc. τάξεσι' hanc Mang. coniecturam confirmat Cod. A. P.

y) MS. Med αἷς ἁπάσαις, idque recte, scil. συμφωνίαις.

yy) Editi et Cod. A. γραψάμενοι. P.

z) τὰς εἰκόνας restitui ex MS. Med.

greſſus continuo reperiret et conuiuium et theatrum ſacratiſſimum: alterum refertum copiis, quas terra, fluuii, mare, aër ſuppeditant ad vſum ſimul et voluptatem: alterum ſpectaculis, quorum tum eſſentia tum qualitates ſtupendae ſint, nec non motus choreaeque admiratione digniſſimae, ordine, numerorum proportione et curſuum harmonia conformatae: in quibus omnibus illam primigeniam et veram et exemplarem muſicam ineſſe non falſo quis dixerit: cuius ſpecies homines poſteri animis ſuis inſcribentes, artem vtiliſſimam vitae ſummeque neceſſariam tradiderunt. Haec quidem prima cauſa eſt, ob quam homo poſt res alias omnes creatus eſſe videtur: altera quoque non abſurda dicenda eſt. Mox vt natus eſt homo, paratum inuenit quicquid ad vitam opus erat, ad poſterorum informationem: tantum non diſerte clamante natura, fore vt ſi autorem ſui generis imitarentur, vitam ſine dolore et ſine labore in vberrimis copiis degerent: id ita futurum, ſi nec voluptates rationi contrariae dominationem in anima occupauerint, ventris venerisque ſtudio ceu arcibus communitis in ea: nec gloriae, honorum, pecuniarum cupiditates vitae principatum vſurpauerint: nec moerores mentem depreſſam curuatamque ſibi ſubdiderint: nec timor malus conſiliarius praeclaros ad virtutem impetus repreſſerit, nec imprudentia, timiditas, iniuſtitia, caeterorumque vitiorum turba ingruerit. Cum vero nunc omnia quae modo dixi mala, floreant, et homines licenter effuſi ſint in affectus et impotentes et prauas cupidines, quas ne nominare quidem fas eſt, animaduertit iuſtum iudicium, de impiis ſtudiis poenas exigens. Itaque in poenam malorum ad vitam neceſſaria aegre parantur;

a) Sic MSS. pro εἶναι.
aa) λεκτέον Cod. A. P.
b) Cod. A. et Edit. habent τοῦτο. P.
c) Sic MS. Med. pro ψυχὴν.
d) Sic MSS. Editi μὲν γὰρ πάντα. (acc. Cod. A.)

ρος ἀσεβῶν ἐπιτηδευμάτων· ἔστι δ' ἠδικηκότων e) εἰς κόλασιν τὰ τῶν ἀναγκαίων δυσπόριστα. μόλις γὰρ ἀνατέμνοντες τὰ πεδία, καὶ πηγῶν ῥεῖθρα καὶ ποταμῶν ἐποχετεύοντες, σπείροντές τε καὶ φυτεύοντες καὶ τὸν γεωπόνον κάματον μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀτρύτως ἐνδεχόμενοι, δι' ἔτους συγκομίζουσι τὰ ἐπιτήδεια· καὶ ταῦτ' ἔστιν ὅτε λυπρὰ καὶ οὐ πάνυ διαρκῆ, διὰ πολλὰς βλαβέντα αἰτίας· ἢ γὰρ ὄμβρων ἐπαλλήλων φορὰ κατέσυρεν, ἢ χαλάζης βάρος κατενεχθείσης ἀθρόως κατέκλασεν, ἢ χιὼν περιέψυξεν, ἢ βία πνευμάτων ῥίζαις αὐταῖς f) κατέστρεψε· πολλὰ γὰρ ὕδωρ καὶ ἀὴρ εἰς ἀγονίαν καρπῶν νεωτερίζουσι. Εἰ δὲ σωφροσύνῃ μὲν ἐξευμαρισθεῖεν αἱ g) ἄμετροι τῶν παθῶν ὁρμαὶ, δικαιοσύνῃ δὲ αἱ περὶ τὸ ἀδικεῖν σπουδαί τε καὶ φιλοτιμίαι· καὶ συνελόντι h) φάναι, ταῖς ἀρεταῖς i) καὶ ταῖς κατ' ἀρετὰς ἐνεργείαις αἱ κακίαι καὶ αἱ κατ' αὐτὰς ἀνήνυτοι πράξεις, ἀνῃρημένου μὲν πολέμου τοῦ κατὰ ψυχὴν, ὃς ἀψευδῶς ἐστι πολέμων ἀργαλεώτατος καὶ βαρύτατος, εἰρήνης δὲ ἐπισχούσης, καὶ ταῖς ἐν ἡμῖν δυνάμεσιν k) εὐνομίαν παρασκευαζούσης ἡσυχῇ τε καὶ πρᾴως, kk) ἐλπὶς ἂν τὸν θεὸν ἅτε φιλάρετον καὶ φιλόκαλον καὶ προσέτι φιλάνθρωπον, τὰ ἀγαθὰ αὐτόματα παρασχεῖν ἐξ ἑτοίμου τῷ γένει. Δῆλον γὰρ ὡς l) εὐμαρέστερον τοῦ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι ll) παραγαγεῖν, τὸ τὴν ἐκ τῶν ὄντων φορὰν ἄνευ τέχνης γεωργικῆς ἐπιδαψιλεύσασθαι. Δευτέρα μὲν αἰτία ἥδε λέλεκται, τρίτη δ' ἐστὶ τοιάδε· ἀρχὴν καὶ τέλος τῶν γεγονότων ὁ θεὸς ἁρμόσασθαι διανοηθεὶς, ὡς ἀναγκαῖα καὶ φίλτατα, ἀρχὴν μὲν οὐρανὸν ἐποίει, τέλος δὲ ἄνθρωπον· τὸν μὲν, τῶν ἐν αἰσθη-

τοῖς

e) εἰς κόλασιν τὰ τῶν haec restitui fide MSS. Coisl. Aug. et Coll. nov. et certe manifesto desiderabantur in Textu M. Quae sequuntur in editis et Cod. A. sic habentur; ἀναγκαῖον δυσπόριστον. P.

f) Sic MSS. Editi ἀνέστρεψε.

g) ἄμετροι τῶν] Sic MSS. pro ἀμετρήτων. (Manuscriptorum lectioni acc. Cod. A.)

aegre enim proſcindentes arua, et fontanos fluuialesque riuos inducentes, adhaec ſeminantes plantantesque, et agriculturae laborem noctu atque interdiu obeuntes, quotannis comportant neceſſaria, eaque interdum tenuia, nec admodum ſufficientia, vtpote laeſa ex cauſis variis: aut enim perpetuis imbribus abripuit inundatio, aut grando vno impetu delata perfregit, aut nix adußit frigore, aut procellae ſubuerterunt radicitus, multae enim aëris et aquarum inexpectatae mutationes inopiam fructuum afferunt. Quod ſi per temperantiam lenirentur affectus immodici, per iuſtitiam vero honorum iniuſtique lucri ſtudium, vtque compendio dicam, per virtutes et actiones ad virtutem compoſitas prauitas et pernicioſae ſecundum prauitatem actiones: ſublato ex anima bello vere omnium difficillimo grauiſſimoque, et pace praeualente conſtituenteque dotes noſtras cum lenitate ac modeſtia: ſperare liceret, Deum, vtpote boni honeſtique amantem et inſuper humani generis, affluentiam bonorum nullo labore partorum vltro largiturum hominibus. Liquet enim facilius eſſe prouentum rerum absque agricultura largiter ſuggerere, quam res ipſas ex nihilo producere: atque haec altera cauſa dicta ſit: tertia vero eſt haec. Principium et finem Deus volens inter ſe coaptare, vt res neceſſitudine coniunctas et amicitia, principium quidem fecit coelum, finem vero hominem: illud inter ſenſibilia et incorruptibilia perfectiſſimum, hunc inter ex terra genita et corruptibilia optimum, paruum (ſi vera dicenda ſunt) coelum, multas in ipſo naturas ſtellis ſimiles geſtantem, in quibusdam artibus et ſcientiis,

h) Editi et Cod. A. habent φράσῃ. P.

i) καὶ reſtitui fide MSS. (accedente Cod. A.)

k) melius vt opinor ὁμόνοιαν, concordiam.

kk) ἔλπις ἂν] Sic MSS. pro ἤλπισαν.

l) εὐμαρέστατον Cod. A. P.

ll) ſic reponit Chriſtoph. pro παρελθεῖν.

τοῖς ἀφθάρτων τελειότατον· τὸν δὲ, τῶν γηγενῶν καὶ φθαρτῶν ἄριστον· βραχὺν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὀρανὸν, πολλὰς ἐν αὐτῷ φύσεις ἀστεροειδεῖς ἀγαλματοφοροῦντα, τέχναις καὶ τισιν ἐπιστήμαις, καὶ τοῖς καθ' ἑκάστην m) ἀρετὴν ἀοιδίμοις θεωρήμασιν· ἐπειδὴ γὰρ n) ἐναντία φύσει τό, τε φθαρτὸν καὶ τὸ ἄφθαρτον, εἴδους ἑκατέρου τὸ κάλλιστον, ἀρχῇ καὶ τέλει προσένειμεν· ἀρχῇ μὲν οὐρανὸν, ὡς ἐλέχθη, τέλει δὲ ἄνθρωπον.

Ἐπὶ πᾶσι μέντοι κἀκεῖνο λέγεται πρὸς ἀπόδοσιν o) αἰτίας ἀναγκαίας· ἔδει πάντων γεγονότων ὕστατον φῦναι τὸν ἄνθρωπον, ἵνα τελευταῖος ἐξαπιναίως τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐπιφανεὶς, ἐμποιήσῃ κατάπληξιν. ἔμελλε γὰρ ἰδόντα πρῶτον τεθηπέναι καὶ προσκυνεῖν, ὡς ἂν ἡγεμόνα φύσει καὶ δεσπότην. Διὸ καὶ θεασάμενα πάντα διὰ πάντων ἡμερώθη, καὶ ὅσα oo) τὴν φύσιν ἀγριώτατα, κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς πρόσοψιν ἐγίνετο χειροηθέστατα, τὰς μὲν ἀτιθάσσους λύττας ἐπιδεικνύμενα κατ' ἀλλήλων, εἰς δὲ μόνον τὸν ἄνθρωπον τιθασσευόμενα. Παρ' ἣν αἰτίαν καὶ γεννήσας αὐτὸν ὁ πατὴρ, ἡγεμονικὸν φύσει ζῶον, οὐκ ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ διὰ λόγου χειροτονίᾳ καθίστησι τῶν ὑπὸ σελήνην ἁπάντων βασιλέα, χερσαίων τε καὶ ἐνύδρων καὶ ἀεροπόρων. ὅσα γὰρ θνητὰ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις, γῇ, ὕδατι, ἀέρι, πάντα ὑπέταττεν αὐτῷ, p) τὰ κατ' οὐρανὸν ὑπεξελόμενος, ἅτε θειοτέρας μοίρας q) ἐπιλαχόντα. Πίστις δὲ τῆς ἀρχῆς ἐναργεστάτη τὰ φαινόμενα. θρεμμάτων ἐστὶν ὅτε πλήθη μυρία πρὸς ἑνὸς ἀνδρὸς ἄγεται τοῦ τυχόντος, οὔθ' ὁπλοφοροῦντος, οὔτε σίδηρον, οὔτε τι τῶν ἀμυντηρίων ἐπιφερομένου, διφθέραν δ' αὐτὸ μόνον ἔχοντος σκεπαστήριον, καὶ βακτηρίαν, ἕνεκα τοῦ διασημῆναί τε, καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις εἰ r) κάμῃ στηρί-

m) forte αὐτῶν.

n) ἐναντί editi. P.

o) Editi habent: αἰτίας· ἀναγκαίως etc.

oo) τὰς φύσεις MS. Med.

tiis, illuſtribusque ſecundum quamuis virtutem contemplationibus: nam cum contrarias naturas habeant, id quod eſt corruptibile, et id quod incorruptibile, vtriusque ſpeciei quod pulcherrimum eſt, principio, finique attribuit: principio coelum, vt dixi, fini hominem.

Praeter has illa etiam cauſa reddi ſolet a quibusdam: neceſſe erat omnium rerum creatarum poſtremum produci hominem, vt nouiſſimus repente inter alias animantes exiſtens, terrorem eis incuteret. Sic enim ad primum eius conſpectum obſtupefactae, adorarent tanquam rectorem a natura datum et dominum: quapropter hoc viſo omnes ad vnam cicuratae ſunt, et vel ferociſſimae primo ſtatim intuitu manſueſcebant, rabiem qua in ſe inuicem efferebantur, erga ſolum mitigantes hominem: quamobrem opifex eius et pater animal hoc ad imperium naturae habile, non re ſolum ſed et verborum autoritate regem conſtituit omnium ſub luna terreſtrium, aquatilium, volucrium: quicquid enim eſt mortale in his tribus elementis, terra, aqua, aëre, totum ei ſubiecit, coeleſtia tantum excipiens, vt diuiniorem naturam conſecuta: huius autem regni fides apparet euidentiſſime; dum pecorum multitudo maxima ductatur a vulgari quopiam homine, nec armis inſtructo nec ferro, nec vllum telum geſtante, ſed maſtrucam tantum habente pro velamine, et baculum quo ea dirigat, et inter viam laſſitudine tentatus ſubnitatur. Itaque frequentiſſimos greges ouium, caprarum, boum, prae ſe agit opilio, caprarius, bubulcus, homines nec corpori-

 bus

p) τὰ κατ' ὀυρανὸν, ſtellas ſc. quas animatas fuiſſe docet ſupra pag. 48.

q) Nonnulli Codd. habent ἐπιτύχοντα.

r) κάμα ςηρίζεσθαι in edit. P.

ϛηρίσασθαι. Τὰς γοῦν πολυζώους ἀγέλας τῶν προβάτων, αἰγῶν, βοῶν, ἄγει ποιμὴν αἰπόλος, βȣκόλος, ἄνθρωποι μὴ δὲ τοῖς σώμασιν ἐῤῥωμένοι καὶ σφριγῶντες, ὡς ἕνεκα γȣ̃ν εὐεξίας ἐμποιῆσαι τοῖς s) ἰδȣ̃σι κατάπληξιν· καὶ αἱ τοσαῦται τῶν τοσȣ́των ἀλκαί τε καὶ δυνάμεις εὐοπλȣ́ντων, ἔχȣσι γὰρ τὰς ἐκ φύσεως παρασκευὰς αἷς ἀμύνονται, καθάπερ δȣ̃λοι t) δεσπότας κατεπτήχασι, καὶ τὰ προςαττόμενα δρῶσι· u) βόες μὲν καταζεύγνυνται πρὸς x) ἄροτρον γῆς, καὶ βαθείας αὔλακας ἀνατέμνοντες δι' ἡμέρας, ἔϛι δ' ὅτε μακρὸν δόλιχον ἀποτείνȣσι, γεωπόνȣ τινος ἐφεϛῶτος· κριοὶ δὲ βρίθοντες βαθέσι μαλλοῖς ὑπόποκοι, κατὰ τὴν ἔαρος ὥραν ὑπὸ ποιμένος κελευσθέντες, ἵϛανται μετ' ἠρεμίας, καὶ ἡσυχῇ y) κατακλίνοντες, ἐμπαρέχȣσιν ἀποκείρεσθαι τὸ ἔριον, ἐθιζόμενοι καθάπερ αἱ πόλεις τὸν ἐτήσιον ἀποδιδόναι δασμὸν τῷ βασιλεῖ φύσει. Καὶ μὴν, τόγε θυμικώτατον ζῶον, ἵππος, ῥᾳδίως ἄγεται χαλινωθεὶς, ἵνα μὴ σκιρτῶν ἀφηνιάζῃ· καὶ τὰ νῶτα κοιλάνας εὖ μάλα πρὸς τὸ εὔεδρον δέχεται τὸν ἔποχον, καὶ μετέωρον ἀναβαϛάσας ὀξύτατα θεῖ, σπȣδάζων, εἰς ȣ̃ς ἂν ἐπείγηται γίνεσθαι τόπȣς ἐκεῖνος, ἀφικνεῖσθαι καὶ διακομίζειν. Ὁ δὲ ἐφιδρυμένος, ἄνευ καμάτων, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν, ἑτέρȣ σώματι καὶ ποσὶν, z) ὀξύνει τὸν δρόμον. Πολλὰ δ' ἂν ἔχοι τις λέγειν ἕτερα, βȣλόμενος ἀπομηκύνειν, εἰς ἔνδειξιν τȣ̃ μηδὲν ἀπελευθεριάζειν ὑπεξῃρημένον τῆς ἀνθρώπȣ ἡγεμονίας· δείγματος δ' ἕνεκα καὶ τὰ ῥηθέντα ἀρκεῖ· χρὴ μέντοι μηδ' ἐκεῖνο ἀγνοεῖν, ὅτι ȣ̓ παρ' ὅσον a) ὕϛατον γέγονεν ἄνθρωπος, διὰ τὴν τάξιν ἠλάττωται. μάρτυρες δ' ἡνίοχοι καὶ κυβερνῆται· οἱ μὲν γὰρ b) ὑϛερίζοντες τῶν ὑποζυγίων,

s) Sic MS. Vat. vt et Chriſtophors. Editi ὁδȣ̃σι

t) δεσπότην editi. P.

u) βόες, ſic repoſuit Chriſtophor. (loco ταῦροι in edit. et Cod. A. P.) Neque enim tauri ad arandum poterant ſubigi.

x) forte ἄροτον. Sic emendandus Ioſephus Ant. L. III. c. 12. ἀπό τε ἀρότρȣ καὶ φυτείας, ubi reponendum ἀρότȣ

bus quidem robusti et vigentes, vt saltem timendi sint videntibus: sed tanta illa robora viresque armis instructae (plerisque enim instrumenta quibus se defendant a natura sunt addita) tanquam serui dominum reuerentur, et imperata faciunt. Tauri sub iugum missi ad terrae culturam, profundos sulcos proscindunt tota die, nonnunquam etiam per longum spatium, subsequente quopiam agricola: arietes aegre sustinentes onus vellerum, verno tempore iussu pastoris stant cum silentio, et quiete inclinati libenter se praebent tondendos, assuefacti velut ciuitates annuum tributum pendere suo regi a natura imposito: quin et equus animal animosissimum facile recepto fraeno regitur, quominus contumaciter lasciviat, simulque tergum apte sessori accommodat, moxque sublimem fert cursu concitatissimo, quocunque ille peruenire cupit, cum rectore suo properans: isque insidens absque labore, admodum quietus, alieno corpore, pedibusque alienis cursum conficit. Liceret et alia multa dicere, si liberet esse prolixum, quibus euidens fieret, nullum animal sibi libertatem vsurpare ab imperio hominis exemptum, sed ad rem confirmandam dicta sufficiunt. Nec illud tamen ignorare oportet, non statim, quia postremus homo factus est, inferiorem fieri ordine, id quod testantur aurigae gubernatoresque. Illi enim iumentis posteriores, eorumque a tergo positi, habenis moderantes, quocunque volunt agunt, nunc laxando ad celeritatem, nunc reducendo, si videatur iusto maior impetus. Gubernatores item in nauis postrema parte puppi consistentes, omnibus omnino praestantiores habentur vectoribus: quippe quorum in manu nauis ipsius sar-

y) MS. Vat. κατακλινέντες· Coisl. κατακλιθέντες· Sicque Christophor. atque sic videtur reponendum.

z) ἐξανύει in edit. et Cod. A. P.

a) MS. Med. ὕστατος τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, sicut supra p. 50. l. 9.

b) Sic MSS. Vat. et Aug. (pro quo in Edit. ὑστερίζονται)

γίων, καὶ κατόπιν αὐτῶν ἐξεταζόμενοι, ᾗ ἂν ἐθέλωσιν αὐτὰ ἄγουσι τῶν ἡνιῶν c) ἐνειλημμένοι, καὶ τότε μὲν ἀφιέντες πρὸς ὀξὺν δρόμον, τότε δ' ἀναχαιτίζοντες, d) εἰ φορᾷ τοῦ δέοντος πλείονι θέοι. Οἱ δ' αὖ κυβερνῆται πρὸς τὸ τῆς νεὼς ἔσχατον χωρίον, πρύμναν, παρελθόντες, πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, εἰσὶν e) ἄριστοι τῶν ἐμπλεόντων, ἅτε τῆς νεὼς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τὴν σωτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς αὐτῶν ἔχοντες. Ἡνίοχον δέ τινα καὶ κυβερνήτην ἐφ' ἅπασιν ὁ ποιητὴς ἐδημιούργει τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἡνιοχῇ καὶ κυβερνᾷ τὰ f) περίγεια, ζώων καὶ φυτῶν λαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν, οἷά τις ὕπαρχος τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου βασιλέως.

Ἐπεὶ δ' ὁ σύμπας κόσμος ἐτελειώθη κατὰ τὴν ἑξάδος ἀριθμοῦ τελείαν φύσιν, τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἑβδόμην ἐσέμνυνεν ὁ πατὴρ, ἐπαινέσας καὶ ἁγίαν προσειπών. Ἑορτὴ γὰρ οὐ μιᾶς πόλεως, ἢ χώρας ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ παντός· ἣν κυρίως ἄξιον καὶ μόνην πάνδημον ὀνομάζειν, καὶ τοῦ κόσμου g) γενέθλιον.

Τὴν δὲ ἑβδομάδος φύσιν οὐκ οἶδ' εἴ τις ἱκανῶς ἀνυμνῆσαι δύναιτο, παντὸς οὖσαν λόγου κρείττονα· οὐ μὴν ὅτι θαυμασιωτέρα τῶν περὶ αὐτῆς λεγομένων ἐστὶ, διὰ τοῦθ' ἡσυχαστέον, ἀλλ' ἐπιτολμητέον, εἰ καὶ μὴ πάντα, μηδὲ τὰ κυριώτατα οἷόν τε, τὰ γοῦν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις ἐφικτὰ, δηλῶσαι. Διχῶς ἑβδομὰς λέγεται· ἡ μὲν ἐντὸς δεκάδος, ἥτις ἑπτάκις μονάδι μόνῃ μετρεῖται, συνεστῶσα ἐκ μονάδων ἑπτά· ἡ δὲ τῆς h) ἑβδομάδος ἐκτὸς ἀριθμὸς, οὗ πάντως ἀρχὴ μονὰς κατὰ τοὺς διπλασίους, ἢ τριπλασίους, ἢ συνόλως ἀναλογοῦντας ἀρι-

c) Sic MSS. Vat. et Coisl. pro εἰλημμένοι. Sic etiam Christophor.

d) MS. Med. ὡς μὴ, loco εἰ.

e) melius forsan ἄξιοι, *pretio pares*

f) MS. Med. ἐπίγεια. Sicut etiam scribitur a Philone infra p. 28. ed. Fr. et alibi saepius.

g) Sic MSS. pro γενέσιον.

farcinarumque ſalus ſit poſita: ſic et hominem ceu aurigam quendam et gubernatorem conditor poſt caetera omnia condidit, vt regat et gubernet quicquid terra continetur, curam gerendo ſtirpium animaliumque, tanquam quidam ſubpraefectus illius primarii ſummique regis.

Poſtquam autem vniuerſus hic mundus perfectus eſt iuxta perfectam naturam numeri ſenarii, ſequenti diei ſeptimo pater honorem addidit, quem vbi laudauit, mox ſanctum appellare dignatus eſt: eſt enim feſtus non vnius populi regionisue, ſed vniuerſi, qui ſolus meretur dici feſtiuitas publica et mundi natalis.

Caeterum ſeptenarii naturam neſcio an quis ſatis laudare queat, cum ea ſit praeſtantior, quam vt vlla facundia poſſit exprimi: nec tamen quia dicta de ſe longe exuperet, ideo ſilere debemus: imo audendum potius, ſi non omnia aut maxime praecipua poſſumus, certe ea prodere, quae mente valemus aſſequi. Dupliciter ſeptenarius dicitur: alter intra denarium, quem vnitate ſola ſepties metimur, conſtantem ex ſeptem vnitatibus: alter extra denarium, cuius omnino principium eſt vnitas iuxta duplam, triplam vel in vniuerſum quamcun-

h) ἑβδομάδος] omnino repone δεκάδος. Agitur enim de Septenario ex vnitate, dupla aut tripla proportione, ſepties multiplicata confecto; qui numerus eſt extra denarium. Sic vnum dupla proportione ſepties ductum conficit 64. tripla 729. hoc ſcil. modo: 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 1. 3. 9. 27. 81. 243. 729. ergo numeri 64 et 729 ſunt ſeptenarii extra denarium. Conſimiliter Clemens Alexandr. Strom. 6. p. 811. emendandus, et pro δωδεκάδος reponendum δεκάδος, quod et annotatum a doct. Editore.

ἀριθμοὺς, ὡς ἔχει ὁ ἑξηκοντατέσσαρα καὶ ὁ ἑπτακόσια εἰκοσιεννέα. ὁ μὲν κατὰ τὸν ἀπὸ μονάδος διπλάσιον προσαυξηθείς· ὁ δ' αὖ κατὰ τὸν τριπλάσιον. Ἑκάτερον δὲ εἶδος οὐ παρέργως ἐπισκεπτέον. τὸ μὲν δὴ δεύτερον ἐμφανεστάτην ἔχει προνομίαν. αἰεὶ γὰρ ὁ ἀπὸ μονάδος συντιθέμενος ἐν διπλασίοις ἢ τριπλασίοις, ἢ συνόλως ἀναλογοῦσιν ἕβδομος ἀριθμὸς, κύβος τε καὶ τετράγωνός ἐστιν, ἀμφότερα τὰ εἴδη περιέχων, τῆς τε ἀσωμάτου καὶ σωματικῆς i) οὐσίας. τῆς μὲν ἀσωμάτου κατὰ τὴν ἐπίπεδον ἣν ἀποτελοῦσι τετράγωνοι, τῆς δὲ σωματικῆς, κατὰ τὴν k) ἑτέραν, ἣν ἀποτελοῦσι κύβοι. Σαφεστάτη δ' οἱ λεχθέντες ἀριθμοὶ πίστις. αὐτίκα ὁ ἀπὸ μονάδος ἐν διπλασίονι λόγῳ παραυξηθεὶς ἕβδομος, ὁ τέσσαρα καὶ ἑξήκοντα, τετράγωνος μέν ἐστιν, ὀκτάκις ὀκτὼ πολυπλασιασθέντων· κύβος δὲ, τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρα τετράκις. Καὶ πάλιν ὁ ἐν τριπλασίονι λόγῳ παραυξηθεὶς ἀπὸ μονάδος ἕβδομος, ὁ ἑπτακόσια εἰκοσιεννέα, τετράγωνος μὲν, πολυπλασιασθέντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι· κύβος δὲ τοῦ ἐννέα l) ἐπ' αὐτὸν ἐννάκις. Καὶ ἀεὶ τὸν ἕβδομον ποιούμενός τις ἀντὶ μονάδος ἀρχὴν, καὶ παραύξων κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἄχρις ἑβδομάδος, εὑρήσει πάντως τὸν παραυξηθέντα κύβον τε καὶ τετράγωνον. Ἀπὸ γοῦν τοῦ ἑξηκοντατέσσαρα ὁ συντεθεὶς ἐν διπλασίονι λόγῳ γεννήσει ἕβδομον τὸν τετρακισχίλια καὶ ἐνενήκοντα ἕξ, τετράγωνον ὁμοῦ καὶ κύβον· τετράγωνον μὲν αὐτὸν m) πλευρὰν ἔχοντα τὸν ἑξηκοντατέσσαρα, κύβον δὲ τὸν ἑκκαίδεκα.

Μεταβατέον δὲ καὶ ἐπὶ θάτερον ἑβδομάδος εἶδος τὸ περιεχόμενον ἐν δεκάδι, θαυμαστὴν ἐπιδεικνύμενον καὶ οὐκ ἐλάττονα τοῦ προτέρου φύσιν. Αὐτίκα συνέστηκε τὰ ἑπτὰ ἐξ ἑνὸς καὶ δυοῖν καὶ τεττάρων ἐχόντων δύο λόγους ἁρμονικωτάτους, τόν τε διπλάσιον, καὶ τετραπλάσιον· τὸν μὲν τὴν διὰ πασῶν συμφωνίαν, τὸν δὲ τετραπλάσιον, τὴν δὶς διὰ πασῶν ἀποτελοῦντα. Περιέχει

i) ἰδέας MS. Vat.

k) omnino reponendum στερεάν. Sic enim auctor infra p. 25.

cunque proportionem crescens, quales sunt LXIIII. et DCCXXIX. prior ab vnitate duplicando crescens, posterior triplicando: vtraque autem species non obiter consideranda est: secunda certe manifestissimum habet priuilegium: semper enim qui ab vnitate componitur in duplis aut triplis aut in vniuersum proportionalibus septimus numerus, cubicus est et quadratus, vtramque speciem continens, tum incorporeae, tum corporalis essentiae: incorporeae quidem planam dimensionem, quam conficiunt quadrati, corporeae vero secundum solidam, quam conficiunt cubi: id euidentissime patet in modo dictis numeris: mox enim ab vnitate dupla ratione crescens septimus, scilicet LXIIII. quadratus quidem est, octonario per octonarium multiplicato: at cubicus, quaternario quater in quaternarium ducto: rursum tripla ratione crescens ab vnitate septimus, videlicet DCCXXIX. quadratus quidem est multiplicato per seipsum XXVII. cubicus autem, novenario novies in novenarium ducto. Semperque a septimo incipiens vt prius ab vnitate, et eadem proportione augens usque ad septimum, inuenies omnino numerum crescere in cubum simul et quadratum. Ergo a LXIIII. compositus dupla ratione faciet septimum MMMMXCVI. quadratum simul et cubum, quadratum quidem latus habentem ipsum LXIIII. cubicum vero numerum XVI.

Transeundum iam et ad alteram septenarii speciem quae continetur intra denarium, mirificam prae se ferentem naturam non minus quam prior. Septem ipsa conficiuntur ex vno et duobus et quatuor habentibus duas rationes concinnissimas, duplam videlicet et quadruplam: alteram diapason consonantiam: alteram vero, scilicet quadruplam, consonantiam disdiapason conficientem: con-

l) ἐπ' αὐτὸν restitui fide MSS. Vat. Coisl. et Aug.
m) πλευρὸν in editis P.

ριέχει δὲ καὶ διαιρέσεις ἄλλας, n) ζυγώδη τρόπον τινα συνεστῶσα ἑβδομάς. Διαιρεῖται γὰρ πρῶτον μὲν εἰς μονάδα καὶ ἑξάδα, ἔπειτα εἰς δυάδα καὶ πεντάδα, καὶ τελευταῖον εἰς τριάδα καὶ τετράδα. Μουσικωτάτη δὲ καὶ ἡ τούτων ἀναλογία τῶν ἀριθμῶν. τὰ μὲν γὰρ ἓξ πρὸς ἓν ἔχει λόγον ἑξαπλάσιον· ὁ δὲ ἑξαπλάσιος λόγος τὸ μέγιστον ἐν τοῖς οὖσι διάστημα ποιεῖ ᾧ διέστηκε τὸ ὀξύτατον ἀπὸ τοῦ βαρυτάτου, καθάπερ ἀποδείξομεν, ὅταν ἀπὸ τῶν ἀριθμῶν μετέλθωμεν εἰς τὸν o) ἐν ἁρμονίαις λόγον. Τὰ δὲ πέντε πρὸς δύο πλείστην ἐν ἁρμονίᾳ δύναμιν ἐπιδείκνυται, σχεδὸν ἐνάμιλλον τῇ διὰ πασῶν, ὅπερ ἐν τῇ κανονικῇ θεωρίᾳ σαφέστατα παρίσταται· τὰ δὲ τέσσαρα πρὸς τρία τὴν πρώτην ἁρμονίαν ἀποτελεῖ τὴν ἐπίτριτον, ἥτις ἐστὶ διὰ τεσσάρων. Ἐπιδείκνυται δὲ καὶ ἕτερον κάλλος αὐτῆς ἑβδομὰς, ἱερώτατον νοηθῆναι· συνεστῶσα γὰρ ἐκ τριάδος καὶ τετράδος, τὸ ἐν τοῖς οὖσιν ἀκλινὲς καὶ ὀρθὸν φύσει παρέχεται· ὃν δὲ τρόπον δηλωτέον. τὸ ὀρθογώνιον τρίγωνον, ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ ποιοτήτων, ἐξ ἀριθμῶν συνέστηκε τοῦ τρία καὶ τέσσαρα καὶ πέντε· τὰ δὲ τρία καὶ τέσσαρα, ἅπερ ἐστὶν ἑβδομάδος οὐσία, τὴν ὀρθὴν γωνίαν ἀποτελεῖ. ἡ μὲν γὰρ ἀμβλεῖα καὶ ὀξεῖα τὸ ἀνώμαλον καὶ ἄτακτον καὶ ἄνισον ἐμφαίνουσιν. ἀμβλυτέρα q) γὰρ ἡ ὀξυτέρα γέγονεν ἑτέρας· ὀρθὴ δὲ οὐκ ἐπιδέχεται σύγκρισιν, οὐδ᾽ ὀρθοτέρα γίνεται ἑτέρα παρ᾽ ἑτέραν, r) ἀλλ᾽ ὀρθογώνιον ἐν ὁμοίῳ μένει, τὴν ἰδίαν φύσιν οὔποτε ἀλλάττουσα. Εἰ δὲ τὸ ὀρθογώνον τρίγωνον σχημάτων καὶ ποιοτήτων ἐστὶν ἀρχή, τοῦτο δὲ τὸ ἀναγκαιότατον, τὴν ὀρθὴν γωνίαν, ἡ οὐσία τῆς ἑβδομάδος παρέχεται, τριὰς ὁμοῦ καὶ τετρὰς, νομίζοιτ᾽ ἂν εἰκότως ἥδε πηγὴ παντὸς σχήματος καὶ πάσης ποιότητος. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀκεῖνο λέγοιτ᾽ ἂν δεόντως, ὅτι τὰ μὲν τρία ἐπιπέδου σχήματός ἐστιν ἀριθμὸς, ἐπειδὴ σημεῖον μὲν ἐστι κα-

τὰ

n) forte melius ζυγώδης.

o) Sic reponi vult Christophor. pro ἐναρμονίας. Quae emendatio confirmatur MSS. Vat. et Aug. Melius vt opinor: περὶ ἁρμονίας.

continet et alias partitiones, ex quibus per combinationem conficitur, diuiditur enim primum in vnitatem et senarium, deinde in binarium et quinarium, postremo in ternionem et quaternionem. Est autem proportio horum numerorum admodum musica: sex enim ad vnum habent rationem sexcuplam: sexcupla autem ratio maximum inter tonos interstitium facit, quo distat grauissimus ab acutissimo, sicut demonstrabimus, cum a numeris ad harmonias sermonem traduxerimus. Caeterum quinque ad duo maximam in harmonia vim ostendunt, ferme aequipollentem harmoniae diapason, quod in regulis eius artis apparet liquidissime: quatuor autem ad tria primam harmoniam efficiunt sesquitertiam, quae est diatessaron. Praeterea aliam quoque pulchritudinem suam profert septenarius, quae est ad cogitandum sanctissima. Cum enim constet e ternione et quaternione, rectam in rebus et nusquam naturaliter vergentem figuram exhibet: id quomodo fiat declarandum est. Triangulum rectangulum, quod quidem est principium qualitatum, constat ex numeris his: III. et IIII. et V. tria autem et quatuor, quae quidem est essentia septenarii, rectum angulum efficiunt: nam obtusus et acutus inaequalitatem, confusionem et imparitatem prae se ferunt, cum sint iusto acutiores obtusioresue: at rectus collationem non admittit, nec fit recto rectior, semper sui similis, nec vnquam propriam naturam varians. Iam si rectangulum triangulum figurarum et qualitatum est principium: in hoc autem rem maxime necessariam rectum angulum essentia septenarii praebet, ternio simul et quaternio, merito censendus est hic numerus fons omnis figurae et omnis qualitatis. Huc accedit et illud, quod III. planae figurae est numerus, quandoquidem iuxta vnionem est punctum, linea iuxta binarium, superficies

p) τρίγωνον restitui fide MSS.

q) γὰρ καὶ ὀξυτέρα γίνεται ἑτέρας in editis P.

r) ἀλλὰ καὶ ἐν ὁμοίῳ ita Editi omisso ὀρθογώνιον P.

s) forte δὴ.

τὰ μονάδα, γραμμὴ δὲ κατὰ δυάδα, ἐπίπεδον δὲ κατὰ τριάδα τέτακται· τὰ δὲ τέσσαρα στερεοῦ, κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς πρόσθεσιν, βάθους ἐπιπέδῳ προστεθέντος. Ἐξ οὗ δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἡ τῆς ἑβδομάδος οὐσία γεωμετρίας καὶ στερεωμετρίας ἀρχὴ, καὶ συνελόντι φράσαι ἀσωμάτων ὁμοῦ καὶ σωμάτων. Τοσοῦτο δ᾽ ἐν ἑβδομάδι πέφυκεν εἶναι τὸ ἱεροπρεπὲς, ὥστε ἐξαίρετον ἔχειν λόγον παρὰ τοὺς ἐν δεκάδι πάντας ἀριθμοὺς. Ἐκείνων γὰρ οἱ μὲν γεννῶσιν οὐ γεννώμενοι, οἱ δὲ γεννῶνται μὲν, οὐ γεννῶσι δὲ, οἱ δὲ ἀμφότερα, καὶ γεννῶσι καὶ γεννῶνται. Μόνη δ᾽ ἑβδομὰς ἐν οὐδενὶ μέρει θεωρεῖται· Τὴν δὲ ὑπόσχεσιν ἀποδείξει βεβαιωτέον· τὸ μὲν οὖν ἓν γεννᾷ τοὺς ἑξῆς ἅπαντας ἀριθμοὺς, ὑπ᾽ οὐδενὸς γεννώμενον τὸ παράπαν· τὰ δ᾽ ὀκτὼ γεννᾶται μὲν ἀπὸ τοῦ δὶς τέσσαρα, γεννᾷ δὲ οὐδένα τῶν ἐν δεκάδι. ὁ δ᾽ αὖ τέσσαρα t) τοῖν ἀμφοῖν καὶ γονέων καὶ ἐκγόνων ἔχει τάξιν. γεννᾷ μὲν γὰρ ὀκτὼ, δὶς γεννώμενος· γεννᾶται δὲ ὑπὸ τοῦ δὶς δύο· u) μόνος δὲ, ὡς ἔφην, ὁ ἑπτὰ, οὔτε γεννᾶν πέφυκεν, οὔτε γεννᾶσθαι. Δι᾽ ἣν αἰτίαν οἱ μὲν x) ἄλλοι φιλόσοφοι τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐξομοιοῦσι τῇ ἀμήτορι y) Νίκῃ καὶ Παρθένῳ, ἣν ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναφανῆναι λόγος ἔχει, οἱ δὲ πυθαγόρειοι τῷ ἡγεμόνι τῶν συμπάντων. τὸ γὰρ μήτε γεννῶν, μήτε γεννώμενον, ἀκίνητον μένει·

t) τοῖν ἀμφοῖν ſic MSS. Vat. Coiſl. et Trin. pro αὐτὴν·

u) Hanc ſeptenarii dotem, quod neque quemuis numerum intra denarium conficiat, neque ab illo conficiatur, non exteri ſolum ſcriptores, verum etiam Chriſtiani, quod mireris, obſeruarunt. Clem. Alex. Strom. VI. Gregor. Nyſſ. in uerba: *faciamus*, orat. 2. Nicetas in Greg. Naz. orat. 44. Arethas in Apoc. c. 20.

x) Aliis Philoſophis, quam Pythagoreis, hanc cum Virgine Victoria Septenarii comparationem tribuit, ſed infra Allegor. L. II. p. 43. ipſis Pythagoreis, quod quoque Theo Smyrnaeus Muſices c. 46. διὸ καὶ Ἀθηνᾶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐκαλεῖτο, οὔτε μητρός τινος οὖσα, οὔτε μήτηρ· vid. Hieroclem in aurea carmina 226. Mer. Caſaub. Iamblichum vita Pythag. 66. Kuſt. Ariſtidis Quint. Muſicam.

ficies vero iuxta ternionem ordinatur: quaternio ſolidi corporis *Numerus*, per acceſſionem vnitatis, accedente ad ſuperficiem altitudine: vnde liquet eſſentiam ſeptenarii Planimetriae et Stereometriae eſſe principium, et, vt compendio dicam, incorporeorum ſimul corporeorumque: tanta vero in ſeptenario ſanctitas eſt ſita, vt praeeminentiam habeat prae omnibus numeris non excedentibus denarium: nam ex aliis alii gignunt, non gignuntur; alii gignuntur quidem, non gignunt tamen; alii tum gignunt tum gignuntur: ſolus ſeptenarius in nulla harum parte conſideratur: id ita eſſe demonſtratione confirmandum eſt. Vnum quidem gignit omnes deinceps ſequentes numeros, ipſum a nullo omnino genitum: octo autem gignuntur quidem a bis quatuor, ſed nullum gignunt, ex his qui ſunt intra denarium: item IIII. vtrumque locum inter genitores et prognatos obtinet: repetitus enim VIII. gignit, ipſe gignitur a repetito II. ſoli vt dixi VII. nec gignere natura dedit, nec gigni. Quam ob cauſam caeteri quidem philoſophi numerum hunc aſſimilant natae ſine matre Virgini Victoriae, quam ex Iouis capite exortam narrant fabulae: Pythagorici vero vniuerſitatis huius imperatori: nam quidquid nec gignit nec gignitur, immotum manet: in motu enim gene-

cam. L. III. p. 122. Meib. Theologumena. Arithm. p. 42. Martianum Capellam L. VII. Macrob. in Somn. Scip. Petr. Petiti Obſeru. Miſc. III. c. 3. Benzel.

y) Sic Minerua, cui ſeptenarius comparatur, dicitur. Vid. Harp. et Suid. v. νίκη ἀθηνᾶ et ὑγεια ἀθηνᾶ. Sed neſcio an hoc cognomen de ſeptenario proprie vſurpatur. Certe non alibi tribuitur nomen hoc νίκη ſeptenario a Philone, nec a Nicomacho in Excerptis Photii, nec ab Anonymo in Theologum. Arithm. Quapropter, ni obſtarent codices, omiſſo νίκῃ, mallem ſcribere: τῇ ἀμήτορι καὶ ἀειπαρθένῳ. Quae quidem emendatio videtur confirmari ex aliis Philonis locis. vid. p. 43. 684. 899. 1177. (Ed. Fr.) et Etymologicon Magn. v. ἑπτάς. p. 23.

μένει· ἐν κινήσει γὰρ ἡ γένεσις, ἐπεὶ καὶ τὸ γεννώμενον οὐκ ἄνευ κινήσεως· τὸ μὲν ἵνα γεννήσῃ· τὸ δὲ ἵνα γέννηται· μόνον δ' οὔτε κινοῦν, οὔτε κινούμενον ὁ πρεσβύτερος ἄρχων καὶ ἡγεμὼν, οὗ λέγοιτ' ἂν προσηκόντως εἰκὼν, ἑβδομάς. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ z) Φιλόλαος ἐν τούτοις, Ἔστι γὰρ, φησὶν, ὁ ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς, εἷς, ἀεὶ ὢν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὐτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων. Ἐν μὲν οὖν τοῖς νοητοῖς τὸ ἀκίνητον καὶ ἀπαθὲς ἐπιδείκνυται ἑβδομὰς, ἐν δὲ τοῖς αἰσθητοῖς μεγάλην καὶ συνεκτικωτάτην a) δύναμιν, b) οἷς τὰ ἐπίγεια πάντα πέφυκε βελτιοῦσθαι, σελήνης τε περιόδοις· ὃν δὲ τρόπον, ἐπισκεπτέον. Ἀπὸ μονάδος συντεθεὶς ἑξῆς ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς, γεννᾷ τὸν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, τέλειον, καὶ τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἰσούμενον· ὁ δὲ γεννηθεὶς ἀριθμὸς ἀποκαταστατικός ἐστι σελήνης, ἀφ' οὗ ἤρξατο σχήματος λαμβάνειν αὔξησιν αἰσθητῶς, εἰς c) ἐκεῖνο κατὰ μείωσιν ἀνακαμπτούσης· αὔξεται μὲν cc) γὰρ ἀπὸ τῆς πρώτης μηνοειδοῦς ἐπιλάμψεως ἄχρι διχοτόμου, ἡμέραις ἑπτὰ, εἶθ' ἑτέραις τοσαύταις πλησιφαὴς γίνεται, d) καὶ πάλιν ὑποστρέφει διαυλοδρομοῦσα τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἀπὸ μὲν τῆς πλησιφαοῦς ἐπὶ τὴν διχότομον ἑπτὰ πάλιν ἡμέραις, εἶτ' ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὴν μηνοειδῆ, ταῖς ἴσαις· e) ἑξῆς ὁ λεχθεὶς ἀριθμὸς συμπεπλήρωται. Καλεῖται δ' ἡ ἑβδομὰς ὑπὸ τῶν κυρίως f) ὀνόμασιν εἰωθότων χρῆσθαι καὶ τελεσφόρος, ἐπειδὴ ταύτῃ τελεσφορεῖται τὰ σύμπαντα. Τεκμηριώσαιτο δ' ἄν τις ἐκ τοῦ πᾶν σῶμα ὀργανικὸν τρισὶ μὲν κεχρῆσθαι διαστάσεσι, μήκει, βάθει, καὶ πλάτει· τέσσαρσι δὲ πέρασι, σημείῳ καὶ γραμμῇ καὶ ἐπιφανείᾳ καὶ στερεῷ.

z) vid. Diogen. Laert. L. VIII. c. 85. Fabricii Bibl. Grae[c]. L. II. c. 13. vbi iis qui fragmenta seruarunt Philolai Philo[ne]m nostrum addas. Benz.

a) nonnulla videntur hic deesse, quorum sensus saltem sup[p]leri potest ex Clem. Alex. Strom. VI. p. 813.

b) Sic pro ἧς MSS. Coisl. (et C. A.) Sed melius ᾗ.

c) Sic Christoph. et MSS. it. Cod. A. Editi ἐκεῖνον.

generatio, quandoquidem et id quod gignitur, non caret motu: mouetur enim alterum vt gignat, alterum vt gignatur: ſolus autem nec mouet nec mouetur antiquiſſimus ille princeps et autor, cuius imago merito dici poteſt ſeptenarius. Atteſtatur mea dicta Philolaus verbis his: *Eſt*, inquit, *autor et princeps rerum omnium Deus, ſemper exiſtens, vnus, ſtabilis, immobilis, ipſe ſui ſimilis, aliorum diſſimilis.* Ergo in rebus intelligibilibus immobilis et impaſſibilis apparet ſeptenarius: in ſenſibilibus quoque declarat ſuam magnam latiſſimeque patentem vim, natam ad profectum omnium terreſtrium, lunaeque etiam motibus: quo autem modo, conſiderandum eſt. Septenarius ex vnitate et reliquis deinceps numeris compoſitus, gignit XXVIII. perfectum numerum aequatum ſuis partibus: is ita natus numerus aptus eſt ad reſtituendam lunam in id momentum ex quo primum coepit creſcere ſenſibiliter et ad quod decreſcendo ſolet recurrere: ea creſcit a prima lunata facie vsque dimidiatam diebus ſeptenis, moxque totidem aliis ad plenum orbem proficit: deinde rurſum a meta per eandem viam a pleno orbe ad dimidiatum aliis ſeptenis diebus recurrit, totidemque ad lunatam faciem; quibus deinceps additis conficitur modo dictus numerus. Vocatur autem ſeptenarius a proprietatis vocabulorum ſtudioſis etiam abſolutorius: quia hoc abſoluuntur vniuerſa. Id inde coniectare licet, quia omne corpus organicum tres habet dimenſiones, longitudinem, altitudinem et latitudinem, quatuor autem terminos, punctum, lineam, ſuperficiem, ſolidum, ex quibus compoſitus conficitur ſeptenarius.

 Im-

cc) γὰρ deeſt in Edit. et Cod. A. P.

d) καὶ πάλιν] MS. Med. κἄπειθ'

e) ἑξῆς] MS. Med. ἐξ ὧν.

f) Sic MSS. Vat. Coisl. et Aug. editi τοῖς εἰωθόσιν ὀνόμασι χρωμένων. (acc. Cod. A.)

δι' ὧν συντεθέντων ἀποτελεῖται ἑβδομάς. Ἀμήχανον g) δ' ἂν ἦν τὰ σώματα ἑβδομάδι μετρεῖσθαι, κατὰ τὴν ἐκ διαστάσεων τριῶν καὶ περάτων h) τεσσάρων σύνθεσιν, εἰ μὴ συνέβαινε τὰς τῶν πρώτων ἀριθμῶν ἰδέας ἑνὸς καὶ δυοῖν καὶ τριῶν καὶ τεττάρων, οἷς θεμελιοῦται δεκάς, ἑβδομάδος φύσιν περιέχειν. οἱ γὰρ λεχθέντες ἀριθμοὶ τέσσαρας μὲν ἔχουσιν ὅρους, τὸν πρῶτον, τὸν δεύτερον, τὸν τρίτον, τὸν τέταρτον· διαστάσεις δὲ τρεῖς· πρώτη μὲν διάστασις ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἐπὶ τὰ δύο· δευτέρα, ἡ ἀπὸ τῶν δυοῖν ἐπὶ τὰ τρία· τρίτη ἡ ἀπὸ τῶν τριῶν ἐπὶ τὰ τέσσαρα. Δίχα δὲ τῶν εἰρημένων ἐναργέστατα παριστᾶσι τὴν τελεσφόρον δύναμιν ἑβδομάδος καὶ αἱ ἐκ βρέφους ἄχρι γήρως i) ἀνθρώπων ἡλικίαι, μετρούμεναι ταύτῃ· Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἑπταετίαν ἔκφυσις ὀδόντων ἐστί· k) κατὰ δὲ τὴν δευτέραν καιρὸς τοῦ δύνασθαι προΐεσθαι σπέρμα γόνιμον· τρίτῃ δὲ γενείων αὔξησις· καὶ τετάρτῃ πρὸς ἰσχὺν ἐπίδοσις· πέμπτῃ τε αὖ γάμων ὥρα· ἕκτῃ δὲ συνέσεως l) ἀκμή· τῇ δὲ ἑβδόμῃ βελτίωσις ἀμφοῖν καὶ συναύξησις, νοῦ καὶ λόγου· ὀγδόῃ δὲ ἡ ἐν ἑκατέρῳ τελείωσις· κατὰ δὲ τὴν ἐνάτην ἐπιείκεια καὶ πρᾳότης τῶν παθῶν ἐπὶ πλέον ἡμερωθέντων· κατὰ δὲ τὴν δεκάτην, τοῦ βίου τὸ εὐκταῖον τέλος, ἔτι τῶν ὀργανικῶν μελῶν συνεστηκότων· φιλεῖ γὰρ τὸ μακρὸν γῆρας ἕκαστον ὑποσκελίζειν καὶ παραιρεῖσθαι. Τὰς ἡλικίας ταύτας ἀνέγραψε καὶ Σόλων ὁ τῶν Ἀθηναίων νομοθέτης, ἐλεγεῖα ποιήσας τάδε·

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
 Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς,
 Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
 m) Λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.

Τῇ

g) Editi δ' ἦν τὰ P.

h) τεσσάρων restitui fide MSS. Vat. Coll. Nov. et Aug.

i) ἀνθρώπων inserui ex MSS.

Impossibile autem erat corpora septenario metiri, iuxta illam e tribus dimensionibus, quatuorque terminis compositionem, ni contigisset primorum numerorum ideas, videlicet vnius, duorum, trium, quatuor, in quibus fundatur denarius, in se complecti naturam septenarii: nam modo dicti numeri quatuor quidem habent terminos, primum, secundum, tertium, quartum: dimensiones vero tres, primam ab vno ad duo, secundam a duobus ad tria, tertiam a tribus ad quatuor. Praeterea clarissime demonstrant vim perfectiuam rerum insitam septenario vel aetates hominum ab infantia senectutem vsque, quas septimanis annorum metimur: namque primo septennio dentes proueniunt, secundo tempestiui ad genituram emittendam reddimur, tertio barbam promittimus, quarto augmentum roboris consequimur, tum quinto tempus nuptias postulat, sexto vis intelligendi maturatur, septimo augmentum et profectus vtriusque, mentis et orationis; octauo vtriusque perfectio; nono vero aequitas ac mansuetudo, affectibus maiore ex parte perdomitis; porro decimo finis vitae optatus, integris etiam tum instrumentis sensuum: solet enim longa senectus horum singula supplantare et affligere. Has aetates etiam Solon Atheniensium legislator descripsit his elegiacis:

Infans septenos postquam compleuerit annos,
Vallum oris dentes conspicere incipies.
Postquam septem alios deus huic concesserit annos,
Fit pubes, semenque huic genitale datur.
Verum septem aliis postquam annis creuerit aetas,
Densa seges barbae contegit orta genas.

 Ad-

k) haec citantur a Ioh. Damasc. Parall. Sac. Tit. περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως.

l) ἀρχὴ Ioh. Damasc.

m) mendose Edit. Paris. δαχνῦται. P.

Τῇ δὲ τετάρτῃ n) πᾶς τις ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος
 Ἰσχὺν, οἵ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα o) γάμου μεμνημένον εἶναι,
 Καὶ παίδων ζητεῖν p) εἰσοπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρὸς,
 Οὐ δ' ἔρδειν ἐθ' ὅμως ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι q) μεγ' ἄριστος.
 Ὀκτὼ r) τ', ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, s) μαλακώτερα δ' αὐτοῦ,
 Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν t) σῶμά τε καὶ δυναμίς.
Τῇ δεκάτῃ u) ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτοὺς,
 Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

Ὁ μὲν οὖν Σόλων x) ἑβδομάσι δέκα ταῖς εἰρημέναις καταριθμεῖ τὸν ἀνθρώπινον βίον. ὁ δ' ἰατρὸς Ἱπποκράτης ἡλικίας ἑπτὰ εἶναί φησι, y) παιδίου, παιδὸς, μειρακίου, νεανίσκου, ἀνδρὸς, z) πρεσβύτου, γέροντος. ταύτας δὲ μετρεῖσθαι μὲν ἑβδομάσιν, a) οὐ μὴν ταῖς κατὰ τὸ ἑξῆς. λέγει δ' οὕτως· Ἐν ἀνθρώπου φύσει ἑπτά εἰσιν ὧραι, ἃς ἡλικίας καλέουσι, παιδίον, παῖς, μειράκιον, b) καὶ αἱ λοιπαὶ, καὶ παιδίον μέν ἐστιν ἄχρις ἑπτὰ ἐτῶν, ὀδόντων ἐκβολῆς· παῖς δ' ἄχρι γονῆς ἐκφύσεως, c) εἰς τὰ δὶς ἑπτά. μειράκιον δ' ἄχρι γενείου λαχνώσεως, ἐς τὰ τρὶς ἑπτά. νεανίσκος δ' ἄχρις αὐξήσιος ὅλου τοῦ σώματος, ἐς τὰ τετράκις ἑπτά· ἀνὴρ δ'

ἄχρις

n) Sic ex Clement. Alex. Strom. VI. emendaui. Editi παῖς ἐνὶ ἑβδομάδεσσιν ἄριστος.

o) Sic MSS. et Clemens, quibus etiam suffragatur metri ratio. (Editi cum C. A. μεμνημένον ἂρ γάμου P.)

p) Sic Clemens pro ἐξοπίσω in Editis

q) Sic ex Clemente emendaui. (In editis est: μετ' ἀρίσταις· acc. Cod. A. P.)

r) Sic quoque recte Clem. (Edit. δ' ἀμφότερα et C. A. P.)

s) Clemens μετριώτερα.

t) Sic Clemens. Editi γλῶσσά τε καὶ σοφίη. acc. C. A.

u) Sic reposui ex Clem. Editi δ' εἴ τις τελέσας, κατὰ μέτρον ἵκοιτο. acc. C. A.

Additus est illi cum septenarius alter,
Vir tum virtutis fortia signa dabit.
Hinc monet aduenïens vxorem ducere quintus,
Posteritatis et hunc tum meminisse suae.
Solers ingenium est, firma et prudentia sexto,
Stulta nec hoc deinceps facta videre iuuat.
Septimus accessit cum septenarius, atque
Octauus, lingua pollet et ingenio.
Nono aliquid possunt, sed iam minuuntur in illo
Vires, queis peragunt fortia facta viri.
Sed decimus cum alios septem perfecerit annos,
Maturam mortem tristia fata dabunt.

Ita quidem Solon modo dictis decem septimanis humanam vitam dinumerat. Hippocrates vero medicus ait septem esse aetates, infantis, pueri, adolescentis, iuuenis, viri, senioris, senis, harum mensuram septimanas annorum, non tamen continuas. Sic autem: *In hominis natura septem sunt tempora, quas aetates vocant, infans, puer, adolescens, et reliquae. Infans est donec intra septennium dentes emittat. Puer vsque geniturae excretionem, ad geminatum septennium. Adolescens vsque barbae hirsutiem, ad annum ter septimum. Iuuenis vsque dum crescit totum corpus, ad quater septimum. Vir vsque vndequinquagesimum, ad septies septimum.* Se-

x) vid. Diogen: Laertium in Solone, et Herodot. hist. L. I. c. 3.

y) Haec non hodie leguntur in editis Hippocratis operibus, agnoscuntur autem a Iulio Polluce, Onomast. L. 2. c. 1. vid. et Ioh. Damasc. in Parall. Sacr. tit. praedicto.

z) Secundum Iul. Poll. legi debet, γέροντος, πρεσβύτου. Sic enim notanter scribit dicto iam loco: ἡ ἕκτη γέρων, ἡ ἑβδόμη πρεσβύτης.

a) Sic totam sententiam lubens emendarem, si modo fauerent MSS. καὶ μὴν ἐν τοῖς ἑξῆς λέγει δὴ οὕτως, *quin etiam deinceps sic dicit.*

b) καὶ αἱ λοιπαὶ] Pro quibus sic MS. Med. νεανίσκος, ἀνὴρ, πρεσβύτης, γέρων. Librarius videtur decurtasse.

c) ἐις τὰ] Sic MSS. pro ἑπτὰ in Edit.

ἄχρις ἑνὸς δέοντος πεντήκοντα, εἰς τὰ ἑπτάκις ἑπτά. πρεσβύτης δ' ἄχρι πεντήκοντα d) ἓξ, ἐς τὰ ἑπτάκις ὀκτώ. τὸ δ' ἐντεῦθεν, γέρων. Λέγεται δὲ e) κἀκεῖνο πρὸς f) διασύστασιν ἑβδομάδος, ὡς θαυμαστὴν ἐχούσης ἐν τῇ φύσει τάξιν. ἐπεὶ συνέστηκεν ἐκ τριῶν καὶ τεττάρων, τὸν μὲν τρίτον ἀπὸ μονάδος εἰ διπλασιάζοι τὶς, εὑρήσει τετράγωνον· τὸν δὲ τέταρτον, κύβον· τὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν ἕβδομον, κύβον ὁμοῦ καὶ τετράγωνον· ὁ μὲν ὢν ἀπὸ μονάδος τρίτος, ἐν διπλασίονι λόγῳ τετράγωνός ἐστιν. ὁ δὲ τέταρτος, ὀκτὼ, κύβος. ὁ δὲ ἕβδομος τέσσαρα πρὸς τοῖς g) ἑξήκοντα, κύβος ὁμοῦ καὶ τετράγωνος, ὡς εἶναι τελεσφόρον ὄντως τὸν ἕβδομον ἀριθμὸν, ἀμφοτέρας τὰς ἰσότητας καταγγέλλοντα, τήν τε ἐπίπεδον διὰ τετραγώνου, κατὰ τὴν τριάδος συγγένειαν, καὶ τὴν στερεὰν διὰ κύβου, κατὰ τὴν πρὸς τετράδα οἰκειότητα. ἐκ τριάδος δὲ καὶ τετράδος, ἑβδομάς.

Ἔστι δὲ οὐ τελεσφόρος μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁρμονικωτάτη, καὶ τρόπον τινα πηγὴ τοῦ καλλίστου διαγράμματος, h) ὃ πάσας μὲν τὰς ἁρμονίας, τὴν διὰ τεττάρων, τὴν διὰ πέντε, τὴν διὰ i) πασῶν· πάσας δὲ τὰς ἀναλογίας, τὴν ἀριθμητικὴν, τὴν γεωμετρικὴν, ἔτι δὲ τὴν ἁρμονικὴν περιέχει. Τὸ δὲ πλίνθιον συνέστηκεν ἐκ τῶνδε τῶν ἀριθμῶν, ἓξ, ὀκτὼ, ἐννέα, δώδεκα· ὁ μὲν ὀκτὼ πρὸς ἓξ ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ· καθ' ἣν ἡ διὰ τεττάρων ἁρμονία ἐστίν· ὁ δὲ ἐννέα πρὸς ἓξ ἐν ἡμιολίῳ, καθ' ἣν ἡ διὰ πέντε· ὁ δὲ δώδεκα πρὸς ἓξ ἐν διπλασίονι, καθ' ἣν ἡ διὰ πασῶν. Ἔχει δὲ, ὡς ἔλεγον, καὶ τὰς ἀναλογίας ἁπάσας· ἀριθμητικὴν μὲν, ἐκ τῶν ἓξ καὶ ἐννέα καὶ δώδεκα. ὡς γὰρ ὑπερέχει ὁ μέσος τοῦ πρώτου τρισὶν, ὑπερέχεται ὑπὸ τοῦ τελευταίου. Γεωμετρικὴν δὲ, k) ἡ τῶν διὰ τεσσάρων. ὃν γὰρ λόγον ἔχει τὰ ὀκτὼ

d) ἓξ deest apud Damasc. sed male.

e) κἀκεῖνο restitui ex MSS. Vat. Coisl. et Aug.

f) ἰδίαν σύστασιν Editi. P.

g) Sic reposui pro ἑπτὰ in Editis, cod. Vaticano fretus.

h) loco ὃ in editis habetur ἥ. P.

Senior vsque ſextum ſupra quinquageſimum, ad octies ſeptimum. Quicquid vero deinceps ſequitur, ad ſenium pertinet. Illud quoque ad peculiarem ſeptenarii commendationem affertur, quod mirum habeat in natura ordinem, conſtans ex tribus et quatuor. Tertium quidem ab vnitate ſi quis duplicet, inueniet quadratum. Quartum vero cubum, ex vtroque ortum ſeptenarium, cubum ſimul et quadratum. Itaque ab vnitate tertius, in dupli ratione quadratus eſt. Quartus vero, ſcilicet octonarius, cubus; ſeptimus autem ſexaginta quatuor, cubus ſimul et quadratus; ita vt omnino perfectus ſit ſeptimus numerus, ambas aequalitates ſignificans, tam planam per quadratum, iuxta ternionis cognationem: quam ſolidam per cubum iuxta cognationem quam habet cum quaternione. Ex ternione autem et quaternione fit ſeptenarius.

Eſt autem non ſolum perfectiuus, ſed vt verbo dicam, maxime harmonicus, et quodammodo fons pulcherrimi diagrammatis, quod omnes harmonias, ſcilicet diateſſaron, diapente diapaſon; omnes item proportiones, ſcilicet arithmeticam, geometricam et inſuper harmonicam, continet. Is laterculus conſtat ex his numeris, ſex, octo, nouem, duodecim: octo quidem ad ſex ratione ſesquitertia, quae eſt harmoniae diateſſaron. Nouem vero ad ſex ſesquialtera, quae eſt diapente. At duodecim ad ſex ratione dupla, quae eſt diapaſon. Continet autem (ut dixi) etiam proportiones omnes: arithmeticam quidem in his numeris, ſex, nouem, duodecim: ſicut enim medius primum tribus ſuperat, ita totidem ſuperatur ab vltimo. Geometricam vero ex his quatuor numeris, ſcilicet ſex, octo, nouem, duodecim.

Qua

i) vide annon deeſt δὶς διὰ πασῶν· Numerum enim ſeptenarium ideo commendare videtur, quod ex quatuor harmoniis, tribus vero proportionibus conſtat.

k) Legendum videtur, ἐκ τῶν τεσσάρων, quod et interpreti viſum. Sic enim infra, ἁρμονικὴν ἐκ τριῶν.

ὀκτὼ πρὸς τὰ ἕξ, τοῦτον τὰ δώδεκα πρὸς τὸν ἐννέα· ὁ δὲ λόγος ἐπίτριτος. Ἁρμονικὴν δὲ ἐκ τριῶν, τοῦ ἓξ καὶ ὀκτὼ καὶ δώδεκα. ἁρμονικῆς δ' ἀναλογίας διττὴ κρίσις· μία μὲν, ὅταν ὃν λόγον ἔχει ὁ ἔσχατος τοῦ μέσου πρὸς τὸν πρῶτον, τοῦτον ἔχῃ ἡ ὑπεροχὴ ᾗ ὑπερέχει ὁ ἔσχατος τοῦ μέσου πρὸς τὴν ὑπεροχὴν, l) ἡ ὑπερέχεται ὑπὸ τοῦ μέσου ὁ πρῶτος. Ἐναργεστάτην δὲ πίστιν λάβοι τις ἂν ἐκ τῶν προκειμένων ἀριθμῶν, τοῦ ἓξ καὶ ὀκτὼ καὶ δώδεκα. ὁ μὲν γὰρ τελευταῖος τοῦ πρώτου διπλάσιος, ἡ δ' ὑπεροχὴ πάλιν διπλασία· τὰ μὲν γὰρ δώδεκα τῶν ὀκτὼ τέτταρσιν m) ὑπερέχει· τὰ δὲ ὀκτὼ τῶν ἓξ δυσί. τὰ δὲ τέσσαρα τοῖν δυοῖν διπλάσια. Ἑτέρα δὲ βάσανος τῆς ἁρμονικῆς ἀναλογίας, ὅταν ὁ μέσος τῶν ἄκρων ἴσῳ μορίῳ ὑπερέχῃ καὶ ὑπερέχηται. Ὁ γὰρ ὄγδοος μέσος ὢν, ὑπερέχει μὲν τοῦ πρώτου τρίτῳ μορίῳ· ὑφαιρεθέντων γὰρ τῶν ἕξ, τὰ λοιπὰ δύο n) τρίτα ἐστὶ τοῦ πρώτου. ὑπερέχεται δ' ὑπὸ τοῦ τελευταίου τῷ ἴσῳ, εἰ γὰρ ὑφαιρεθείη τῶν δώδεκα τὰ ὀκτὼ, τὰ λοιπὰ τέσσαρα γίνεται τοῦ τελευταίου n) τρίτα. Ταῦτα μὲν ἀναγκαίως περὶ σεμνότητος, ἣν ἔχει τὸ διάγραμμα ἢ πλινθίον, ἢ ὅ, τι χρὴ καλεῖν, o) προσειρήσθω. τοσαύτας ἰδέας καὶ ἔτι πλείους ἡ ἑβδομὰς ἐν ἀσωμάτοις καὶ νοητοῖς ἐπιδείκνυται· διατείνει δ' αὐτῆς ἡ φύσις καὶ ἐπὶ τὴν ὁρατὴν ἅπασαν οὐσίαν, οὐρανὸν καὶ γῆν, τὰ πέρατα τοῦ παντὸς, p) φθάσασα· Τί γὰρ οὐ φιλέβδομον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ μέρος, ἔρωτι καὶ πόθῳ δαμασθὲν ἑβδομάδος; αὐτίκα τὸν οὐρανόν φασιν ἑπτὰ διεζῶσθαι κύκλοις, ὧν ὀνόματα εἶναι τάδε, ἀρκτικὸν, ἀνταρκτικὸν, θερινὸν τροπικὸν, χειμερινὸν τροπικὸν, ἰσημερινὸν, ζωδιακὸν, καὶ προσέτι γαλαξίαν· ὁ γὰρ ὁρίζων, πάθος ἐστὶν ἡμέτερον, ὡς ἂν ὀξυωπίας ἔχῃ τις ἢ τοὐναντίον, ἀποτεμνομένης τῆς αἰσθήσεως, q) τότε μὲν ἐλάττω, τότε

l) Melius ᾗ. M. In editis ἣν et C. A. P.

m) ὑπερέχεται in editis et C. A P.

n) Sic MS. Aug. pro τρίτον in editis.

Qua enim ratione ſe habent octo ad ſex, eadem duodecim ad novem. Eſt autem ratio ſesquitertia. Harmonicam porro ex his tribus, ſex, octo, duodecim: eſtque harmonicae proportionis duplex iudicium. Vnum, quando quam rationem habet vltimus ad primum, eandem habet exceſſus quo ſuperat vltimus medium, ad exceſſum quo primus ſuperatur a medio. Id euidentiſſimum fiet ex modo propoſitis numeris, qui ſunt ſex, octo, duodecim. Vltimus enim primi duplus eſt, et exceſſus quibus ſe inuicem hi numeri ſuperant, item dupli. Nam duodenarius octonarium ſuperat quaternario, et octonarius ſenarium binario. Quatuor autem duorum duplum eſt. Alterum autem iudicium harmonicae proportionis, quando medius aequa portione et ſuperat et ſuperatur ab extremis: octo enim conſiſtens in medio, ſuperat primum portione tertia: ſubtractis enim ſex, reliqua duo ſunt primi tertia portio. Superatur quoque ab vltimo aequa portione. Subtractis enim octo a duodecim, reliqua quatuor fient vltimi portio tertia. Haec neceſſario prius dicenda habuimus de dignitate quam habet hoc diagramma ſiue laterculus, ſiue quocunque alio libet appellare nomine. Tot ideas atque etiam plures ſeptenarius oſtendit in rebus incorporeis et intelligibilibus: extendit autem ſe eius natura et in omnem viſibilem eſſentiam, ad coelum ac terram, huius vniuerſi fines, pertingens. Quae enim mundi pars erga ſeptenarium non afficitur, amore et deſiderio eius domita? Primo coelum ipſum aiunt ſeptem cinctum circulis, quorum nomina ſunt haec, arcticus, antarcticus, tropicus aeſtiualis, tropicus brumalis, aequinoctialis, ſignifer, et inſuper lacteus, nam horizon noſtra eſt affectio, quatenus quisque aut acute cernit, aut contra, ſenſu

o) melius προειρήσθω, quod etiam reponendum monet doctiſſ. Benz.

p) Sic Chriſtoph. et vnus Cod. Paris. et C. A. (pro φθάσασαν Edit.)

q) Sic Coisl. (Edit. τὸ μὲν - - τὸ δὲ)

τε δὲ μείζω περιγραφήν. Οἵγε μὴν πλάνητες, ἡ τ' ἀντίῤῥοπος ςρατιὰ τῆς τῶν ἀπλανῶν, ἑπτὰ διακοσμοῦνται τάξεσι, πλείςην ἐπιδεικνύμενοι συμπάθειαν πρὸς ἀέρα καὶ γῆν. τὸν μὲν γὰρ εἰς τὰς ἐτησίους ἐπικαλουμένας ὥρας r) τρέπουσι, καθ' ἑκάςην μυρίας ὅσας ἐμποιοῦντες μεταβολὰς, νηνεμίαις, αἰθρίαις, νεφώσεσι, βίαις ἐξαισίαις πνευμάτων· πάλιν τε ποταμοὺς πλημμυροῦσι καὶ μειοῦσι, καὶ πεδία λιμνάζουσι, καὶ τοὐναντίον ἀφαυαίνουσι· καὶ πελαγῶν ἐργάζονται τροπὰς, ἐξ αναχωρούντων ἢ παλιῤῥοίαις χρωμένων. s) εὑρείας γάρ ἐςιν ὅτε t) κόλπον θαλάττης ὑποσυράσαις ἀμπώτεσι, βαθὺς ἐξαίφνης αἰγιαλὸς u) εἴσεισι· καὶ μικρὸν ὕςερον x) ἀναχθείσης, πελάγη y) βαθύτατα οὐ βραχείαις ὁλκάσιν, ἀλλὰ μυριοφόροις ναυσὶν ἐμπλεόμενα. Καὶ μὲν δὴ τὰ ἐπίγεια πάντα ζῶά τε αὖ καὶ φυτὰ, καρποὺς γεννῶντα, αὔξουσι καὶ τελεσφοροῦσι, τὴν ἐν ἑκάςοις φύσιν δολιχεύειν z) παρασκευάζοντες, ὡς νέα παλαίοις ἐπανθεῖν, καὶ ἐπακμάζειν, πρὸς χορηγίας ἀφθόνους τῶν δεομένων. Ἄρκτος τε μὴν ἥν φασι πλωτήρων εἶναι προπομπὸν, ἐξ ἑπτὰ ἀςέρων συνέςηκεν· εἰς ἣν ἀφορῶντες κυβερνῆται τὰς ἐν θαλάττῃ μυρίας ὁδοὺς ἀνέτεμον, πράγματι ἀπίςῳ καὶ μείζονι ἢ κατὰ a) γνώμην ἀνθρωπίνην ἐπιθέμενοι. ςοχασμῷ γὰρ τῶν εἰρημένων ἀςέρων, τὰς πρὶν ἀδηλουμένας χώρας ἀνεῦρον, νήσους μὲν οἱ τὴν ἤπειρον οἰκοῦντες, νησιῶται δὲ ἠπείρους. Ἔδει γὰρ ὑπὸ τοῦ καθαρωτάτου τῆς οὐσίας οὐρανοῦ, ζώῳ τῷ θεοφιλεῖ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης ἀναδειχθῆναι τοὺς μυχοὺς ἀνθρώπων γένει. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ τῶν πλειάδων χορὸς ἀςέρων ἑβδομάδι συμπεπλήρωται, ὧν αἱ ἐπιτολαὶ καὶ αἱ ἀποκρύψεις μεγάλων

r) τρέπουσι] additur in MSS. καὶ μεταβάλλουσι.

s) Sic MSS. pro εὑρεῖν in edit.

t) Sic MS. Aug. (pro κόλποι θαλάττης ὑποσυρείσης in edit.)

u) Sic MSS. Col. Nov. et Aug. Editi ἴησι

x) MSS. habent ἀναχυθείσης.

ſenſu circumquaque protendente ſe vlterius aut citerius. Quin et planetae, et fixarum cohors aduerſum curſum tenens, ſeptem diſtinguuntur ordinibus, maximum prae ſe ferentes affectum erga terram et aëra: nam hunc quidem quaternis quotannis temporibus variant, per ſingula infinitas mutationes afferentes, tranquillitatibus, ſerenitatibus, nubilationibus, procellarum violentia. Fluuios quoque inundant et minuunt, camposque ſtagnare aut contra aridos reddunt. Quin et in mari easdem vices inducunt accedente recedenteque. Interdum enim ſpacioſi maris ſinum, refugiente aeſtu amplum repente littus occupat: et paulo poſt reuertente, mare ſe reddit altiſſimum, non paruis onerariis, ſed centies centenas amphoras vehentibus navigabile. Nec minus terrenis omnibus tum animantibus tum ſtirpibus largiuntur incrementa maturitatemque fructuum, ſingulorum naturam perpetuando, vt noui veteribus ſuccedant, moxque matureſcant ad praebendam indigentibus copiam. Quin et vrſa, quam vocant nautarum deductricem, e ſeptem ſtellis conſtat: quam ſpectando gubernatores mille viis ſulcant maria, tentantes rem arduam et maiorem quam pro humana ſapientia. Dictorum enim aſtrorum coniectura freti, ſcrutando inuenerunt regiones ignotas maioribus, continentis quidem incolae inſulas, inſulani vero regiones in continente ſitas: oportebat enim a puriſſima rerum parte, coelo animali Deo charo terrae ſimul marisque receſſus abditos oſtendi, videlicet humano generi. Huc accedit etiam pleiadum chorus ex ſeptem ſtellis abſolutus, quarum emerſus et occultationes magnorum commodorum cauſa fiunt omnibus: his enim occidentibus

y) additur in Cod. Med. ὤφθησαν.

z) melius παρασκευάζοντα, ſicut ſuperius γεννῶντα. Sed, ſi ferrent Codices, mallem reponere, σπεδάζοντα.

a) γνώμην] MSS. Vat. Coisl. et Aug. φύσιν, ſed forte nil mutandum.

λων ἀγαθῶν αἴτιαι πᾶσι γίνονται. δυομένων μὲν γὰρ, αὔλακες ἀνατέμνονται πρὸς σπόρον· ἡνίκα δ' ἂν μέλλωσιν ἐπιτέλλειν, ἀμητὸν εὐαγγελίζονται· καὶ ἐπιτείλασαι χαίροντας γεωπόνους πρὸς συγκομιδὴν τῶν ἀναγκαίων ἐγείρουσιν· οἱ δ' ἄσμενοι τὰς τροφὰς ἀποτίθενται πρὸς τὴν καθ' aa) ἑκάστην ἡμέραν χρῆσιν. b) Ὅ, θ' ἡγεμὼν ἡμέρας ἥλιος, διττὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποτελῶν ἰσημερίας, ἔαρι καὶ μετοπώρῳ, τὴν μὲν ἐαρινὴν ἐν κριῷ, τὴν δὲ μετοπωρινὴν ἐν ζυγῷ, ἐναργεστάτην παρέχεται πίστιν τοῦ περὶ τὴν ἑβδόμην θεοπρεποῦς. Ἑκατέρα γὰρ τῶν ἰσημεριῶν ἑβδόμῳ γίνεται μηνὶ, καθ' ἃς καὶ ἑορτάζειν διείρηται νόμῳ τὰς μεγίστας καὶ δημοτελεστάτας ἑορτάς· ἐπειδήπερ ἀμφοτέραις c) τὰ ὅσα ἐκ γῆς τελειογονεῖται, ἔαρι μὲν, ὁ τοῦ σίτου καρπὸς, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα σπαρτά· μετοπώρῳ δὲ d) ὁ τῆς ἀμπέλου καὶ τῶν ἄλλων πλείστων ἀκροδρύων. Ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν οὐρανίων τὰ ἐπίγεια ἤρτηται κατά τινα φυσικὴν συμπάθειαν, ὁ τῆς ἑβδομάδος λόγος ἄνωθεν ἀρξάμενος κατέβη καὶ πρὸς ἡμᾶς, τοῖς θνητοῖς γένεσιν ἐπιφοιτήσας· αὐτίκα τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τὸ δίχα τοῦ ἡγεμονικοῦ μέρος ἑπταχῆ σχίζεται, πρὸς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τὸ φωνητήριον ὄργανον, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γόνιμον. ἃ δὴ πάντα, καθάπερ ἐν τοῖς θαύμασιν ὑπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ νευροσπαστούμενα, τότε μὲν ἠρεμεῖ, τότε δὲ κινεῖται, τὰς ἁρμοττούσας σχέσεις καὶ κινήσεις ἕκαστον. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ σώματος εἴ τις ἐξετάζειν ἐπιχειρήσειε, τά τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς μέρη, καθ' ἑκάτερον ἑπτὰ εὑρήσει. Τὰ μὲν οὖν ἐν φανερῷ ταῦτ' ἐστὶ, κεφαλὴ, στέρνα, γαστὴρ, διτταὶ χεῖρες, διτταὶ βάσεις· τὰ δ' ἐντὸς λεγόμενα σπλάγχνα, στόμαχος, καρδία, πνεύμων, σπλὴν, ἧπαρ, νεφροὶ δύο. Πάλιν τε αὖ τὸ ἡγεμονικώτατον ζώῳ, κεφαλὴ, τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἑπτὰ χρῆται· δισὶν ὀφθαλμοῖς, ἀκοαῖς ἴσαις, e) αὐλοῖς μυκτῆρος δι-

aa) ἑκάστης ἡμέρας Cod. A. P.
b) MS. Med. ὅτε μέγας ἡγεμών·
c) τὰ deest in Editis. P.

tibus ſulci proſcinduntur ad ſementem: cum vero oriri incipiant, laetum futurae meſſis nuncium afferunt, exortae agricolas geſtientes ad comportationem rerum neceſſariarum excitant: illi vero alacriter recondunt cibaria, quae mox in quotidianos vſus depromant. Sol ipſe diei dux, bina quotannis aequinoctia faciens, vere atque autumno, vernum in ariete, autumnale in libra, euidentiſſimam probationem exhibet auguſtae dignitatis in ſeptenario: vtrumque enim aequinoctium fit menſe ſeptimo: quibus temporibus etiam feſta indixit lex maxima et celeberrima; quandoquidem vtroque, quicquid terra fert, perficitur, vere quidem frumentum, et quaecunque ſeminamus alia: autumno vero vitis fructus, et plerarumque aliarum arborum: ſed quoniam a coeleſtibus terrena dependent juxta quendam naturalem conſenſum, ſeptenarii ratio ſuperne orta, deſcendit et ad nos, mortalia peruadens genera. Iam primum noſtrae animae, excepta mente rectrice, partes ſeptem ſunt, accedente ad quinque ſenſus organo vocis, et poſtremo, vi genitali: quae ſane omnia, ſicut fit in ſigillariis, a mente tanquam occultis quibusdam nervis trahente, nunc mouentur, nunc quieſcunt, idque motibus et habitibus congruis. Similiter et corporis, ſi quis internas externasue partes examinet, vtrinque ſeptenas inueniet: in propatulo quidem hasce: caput, pectus, ventrem, manus geminas et pedes: inteſtina vero, ſtomachum, cor, pulmonem, lienem, iecur, renes duos: item quod regnum obtinet in animante caput, maxime neceſſariis organis ſeptem vtitur, geminis oculis auribusque et totidem naribus, ſeptimoque ore, *per quod mortalia* (vt ait Plato) *intrant, exeunt immortalia.* Intrant enim id cibi et potus, corruptibilis corporis alimenta corruptibilia: prodeunt autem ſermones immortalis animae immortales leges,

d) τὸ τῆς editi et Cod. A. P.

e) Sic MSS. editi (cum Cod. A.) αὐλοῖς

σὶν, ἑβδόμῳ ϛόματι, δι᾽ ȣ̓ γίνεται θνητῶν μὲν, ὡς ἔφη Πλάτων, f) εἴσοδος· ἔξοδος δ᾽ ἀφθάρτων. Ἐπεισέρχεται μὲν γὰρ αὐτῷ σιτία καὶ ποτὰ, φθαρτȣ̃ σώματος φθαρταὶ τροφαί. g) λόγοι δ᾽ ἐξίασιν, ἀθανάτȣ ψυχῆς ἀθάνατοι νόμοι, δι᾽ ὧν ὁ λογικὸς βίος κυβερνᾶται. Τὰ δὲ διὰ τῆς ἀρίϛης τῶν αἰσθήσεων ὄψεως h) κρινόμενα μετέχει τȣ̃ ἀριθμȣ̃ κατὰ γένος· ἑπτὰ γάρ ἐϛι τὰ ὁρώμενα, σῶμα, διάϛασις, σχῆμα, μέγεθος, χρῶμα, κίνησις, ϛάσις· καὶ παρὰ ταῦτα ȣ̓δὲν ἕτερον. Συμβέβηκε μέντοι καὶ τὰς τῆς φωνῆς μεταβολὰς ἁπάσας ἑπτὰ εἶναι, τὴν ὀξεῖαν, τὴν βαρεῖαν, τὴν περισπωμένην, καὶ τέταρτον δασὺν φθόγγον, καὶ ψιλὸν πέμπτον, καὶ μακρὸν ἕκτον, καὶ βραχὺν ἕβδομον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ i) κινήσεις ἑπτὰ εἶναι συμβέβηκε· τὴν ἄνω, τὴν κάτω, τὴν ἐπὶ δεξιὰ, τὴν ἐπ᾽ εὐώνυμα, τὴν πρόσω, τὴν κατόπιν, τὴν ἐν κύκλῳ, ἃς ἐν τοῖς μάλιϛα τρανοῦσιν οἱ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενοι. Φασὶ δὲ καὶ τὰς διὰ τȣ̃ k) σώματος ἐκκρίσεις ὑπεϛάλθαι τῷ λεχθέντι ἀριθμῷ. διὰ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν δάκρυα προχεῖται· διὰ δὲ μυκτήρων αἱ ἐκ κεφαλῆς καθάρσεις· διὰ δὲ ϛόματος οἱ ἀποπτυόμενοι σίελοι. Εἰσὶ δὲ καὶ διτταὶ δεξάμεναι πρὸς τὰς τῶν περιττωμάτων ἀποχετεύσεις ἡ μὲν ἔμπροσθεν, ἡ δὲ κατόπιν· ἕκτη δ᾽ ἐϛὶν, ἡ δι᾽ ὅλου τȣ̃ σώματος ἐν ἱδρῶτι πρόχυσις, καὶ ἡ φυσικωτάτη σπέρματος πρόεσις διὰ τῶν l) γεννητικῶν. Πάλιν τε αὖ γυναιξὶν ἡ m) καταφορὰ τῶν καταμηνίων εἰς ἑπτὰ τὰς πλείϛας ἡμέρας χορηγεῖται. καὶ n) τὰ κατὰ γα-

f) Locus exſtat in Timaeo p. 75.

g) Sic MSS. Coisl. Aug. et Coll. Nov. editi (cum Cod. A.) λόγȣ.

h) MS. Med. ἐπεισκρινόμενα.

i) Sic Plato in Timaeo p. 34. atqui noſter infra p. 569. ed. Franc. ſextuplicem eſſe motum adnotat. Ita Clem. Alex. Strom. VI. p. 871.

k) σώματος] ex MS. Med. adde γινομέναι

